



DIPNTACION PROVINCIAL DE BARCELONA

JAVME ESPONA



BIBLIOTECA CENTRAL-EX LIBRIS





Regimen sanitatis salernitanū necnō ⁊
m̄grī Arnoldī d̄ noua villa. Felicit̄ ic̄ipit̄

Haglorum regi scripsit scola to
ta salerni: Si vis incolumē si
vis te reddere sanū: Curas tol
le graues. irasci crede p̄phanū

Barce mero. cenato parū. nō sit tibi vanū

Surgere p̄ ep̄las. somnū fuge meridianū

Mō mictū retine. nec c̄prime fortiter anū

Hec bene si serues tu lōgo tempore viues

Iste est libellus edit⁹ a doctoribus salerniensib⁹
in quo inscribuntur multa et diuersa pro cōseruati
one sanitatis humane. ⁊ editus ē iste liber ad usum
regis anglie. Et in textu lecto autor ponit octo do
cumēta generalia pro cōseruatione sanitatis. de qui
bus postea specialiter per ordinem determinabitur.

Primū ergo documentū est q̄ homo sanus volēs vi
uere debet ab eo remouere graues curas. Nam cure
exsiccant corpora. ex quo tristificant spiritus vita
les. modo spiritus tristes exsiccant ossa. Et sub isto
documento etiā comprehendi debent tristicie que si
militer corpora exsiccant et infrigidāt. maciem et ex
tenuationem inducunt/cor constringunt/ ⁊ spiritum
obtenebrant/ingenium ebetant ⁊ rationē inuediūt.
iudicium obscurant ⁊ memoriā obtūdunt. Verū tñ
aliqui pingues ⁊ carnosi sunt/ spirit⁹ adeo mobiles.

et calidos habentes quod eis interdum bonum est tristari
ut spiritus calor ebetetur et corpus aliquantulum ma-
ceretur. Secundum documentum est non irasci. primo
quia ira similiter corpora exsiccatur. cum ipsa summe
singula membra supercalefaciat/nimia autem calefactio
siccitatem inducit teste Avicenna prima primi doctrina
tercia capitulo primo. secundo quia ira propter fer-
uorem cordis omnes actus rationis confundit. Aduer-
tendum tamen est quod quidam frigidi sunt et maleficiati
quibus interdum irasci potest in regimine sanitatis
ut in eis calor excitetur/Tercium est parce uti potu
vini. Nimia enim repletio vini somnolentiam/pigri-
tiam/debilitatem membrorum/debilitatem stomachi/et mul-
ta alia his similia inducit de quibus posterius ma-
gis patebit. Quartum est parum cenare quia nimia no-
cturna repletio dolorem in ventre inducit ac inquietu-
dinem/insomnitatem et angustiam prout manifesta
patet experientia et inferius magis declarabitur.
Quintum est surgere post cibum sumptum quod facit ad
digestionem propterea quod cibum sumptum facit descen-
dere ad fundum stomachi in quo viget virtus diges-
tiua. Sextum est non dormire post prandium cuius
nocumeta postea tanguntur in textu ibi. Febris pigri-
cies. Septimum est non diu retinere urinam. Ex nimia
enim urine retentione aliquando sequitur difficultas
mingendi aut omnino prohibitio a mictu ut testatur
Avicenna decimanona tercii tractatu secundo capitu-
lo de difficultate urine. Similiter ex nimia retentioe
fecali plura proueniunt nocumeta. Indurant enim
feces in intestinis propter continuam suctionem venarum

meferatarum cum intestinis continuatarum omnes
humiditate a fecibus suggestiuntur et sic remanent sicce
Difficilis exitus intestina opilantes ad quaz opila
tionem propter vetositatum eductionis prohibiti
onem et aliarum fecum aceruationem sequuntur nocu
meta in textu posterius posita ibi Spasmi ydrops etc.
Octauum est non fortiter comprimere anuz. ex hoz eniz
sequitur tenasmon siue exitus longationis. Ulterius
subdit autor quod omnia ista debite conseruans longo
tempore sanus viuere poterit.

Si tibi deficiant medici. medici tibi fiant

Hec tria mens leta. requies moderata dieta

Autor in hoc passu tangit tria remedia generalia
pro conseruatione sanitatis nature humane et pre
cipue ipsorum nobilium. Primum est quod animus homi
nis debet esse letus et gaudens / cum leticia siue gaudi
um etatem florida facit / hominem in iuuentute conser
uat / virtutem confortat / vitam prolongat / ingenium
acuit. et ad singulos actus hominem abiliorem reddit
Et debet istud gaudium in regimine sanitatis conue
niens esse temperatum et non excessiuum quia excessi
uum syncopim et mortem inducit. Et maxime gaudi
um competit his qui multum curant et sollicitudinibus
destruunt. Et potest in ipsis de nouo acquiri per
usum cibi et vini delectabilium et dimissione eorum
que tristitiaz inducunt et inhabitare cum sibi dilectis
et similibus quibus virtus confortatur teste Auicenna
in undecima terti / capitulo de casu virtutis subito
sic dicente. Et scias quod virtus augmentatur cibo et vino a r

subtili cōuenientib⁹ ⁊ odoribus bonis ⁊ trāquillita
te et gaudio ⁊ diuisione eoz que cōtristant ⁊ rixa
ri faciunt ⁊ renouatione rerum amabiliuz ⁊ habita
tione cum dilectis. Secunduz est trāquillitas animi
Nobiles eniz propter nimis magnas ⁊ diuersas cu
ras quas habent plus ledunt ceteris parib⁹ q̄ qui
mediocres sunt. Inquietatio uero mentis somnum
maxime impedit qui nobilib⁹ summe utilis est qui
cōiter nature sicce sunt atq; colerice quib⁹ permaxi
me somnus ē utilis. Tercium ē moderata dieta id ē
moderata sumptio cibi ⁊ potus. Documenta uero
superflui cibi ⁊ potus postea dicemus.

Lumia mane man⁹ surgēs gelida lauz aq̄
Hac illac modicū p̄gat. modicū sua m̄bra
Extendat. crines pectat. dentes fricet. ista
Cūfortant cerebrū cōfortant cetera mēbra
Lote cale. Ita pasce uel i. frigesce minute

In hoc textu autor ponit sex documenta quib⁹ ce
rebruz confortatur ⁊ similiter singula corporis mē
bra. Primum est q̄ postq̄ homo de mane surrexerit
debet lauare oculos in aqua frigida. Adundari enim
debent ut ab eis remoueātur immūdicies palpebris
adherentes et circa oculos existentes ne ab ipis oculi
corrodant. Et istud satis inuit Auicēna tertia terti
tractatu primo/ca. de rememoratione cōseruatiōis
sanitatis oculi ⁊ rememoratione eoz que nocēt ipsi
ubi dicit. Ex eis autem que abstergunt oculum et
acuunt ipsum est submergi in aqua clara et aperire

oculum in ea. Et idē vult tractatu quarto/ capitulo
 de cura debilitatis visus dicens. Et ingredi aquaz
 claram viridē ⁊ submergi in ea et aperire ambos o
 culos in ea secundū quātitatē qua possibile est/ est
 ex eis que seruāt sanitatē oculi ⁊ cōfortāt ipm ⁊ p
 prie in iuuetute. Causa at̄ quare oculi magis debent
 lauari in aqua frigida q̄ calida/ ē qz vnūquodqz cō
 seruatur suo simili vt dicit Auicenna/ quarta primi
 ca. primo. Et idem vult Galienus tertia regni cano
 ne illo. Calidiora calidiorib⁹ indigent adiutoriis/
 frigidiora frigidioribus. sed sic est qz oculi sunt fri
 gide nature/ ergo potius debent lauari aqua frigida
 q̄ calida. Secundum est qz homo debet lauare man⁹
 quia sunt instrumenta quib⁹ mundant̄ organa per
 que exeunt superfluitates cerebri/ vt sunt aures ocu
 li nares. ⁊ ergo ob hoc manus debēt esse munde. pl⁹
 tamē debent lauari in aqua frigida q̄ in aqua cali
 da/ quia lotio manū in aqua calida generat vmes
 in ventre. ⁊ hoc specialiter dūmodo manus in aqua
 calida lauant̄ post sumptionē cibi vt innuit Auicē
 na decimasexta tertiū tractatu quinto/ ca. primo vbi
 agit de vermibus in ventre genitis. Et ratio ē quia
 per lotionem manuum in aqua calida post sumptio
 nē cibi trahitur calor naturalis quo completur di
 gestio ī stomacho ad extra q̄re ip̄fecta fit digestio
 que potissima cā est vermiū. Tertiū est qz postqz ho
 mo surrexerit a somno, debet paulatim incedere siue
 se mouere. Cui⁹ causa est vt superfluitates prime et
 secunde digestionum que sunt feces ⁊ vrina descēdāt
 et preparentur faciliori euacuationi. Quartum est a 8

q̄ postq̄ homo surrexerit a somno debet extendere
manus ⁊ pedes ⁊ alia mēbra . Cui⁹ cā est ut traban
tur vitales spirit⁹ ad mēbra exteriora ⁊ per hoc sub
tiliant⁹ spiritus cerebri / Quintum est q̄ debet crines
pectere . Cui⁹ causa est ut aperiant⁹ pori per hoc capi
tis ⁊ exeāt vapores cerebri derelicti p̄ somnū ⁊ subti
liētur ei⁹ spiritus . Unde vsus pectinis multum con
fert visui ⁊ maxime senibus prodest . Vñ dicit Au
cēna tertia tertiū tractatū quarto / capitulo de cura
debilitatis visus . Administratio pectinis super ca
put iuuatua ē ⁊ confert proprie senib⁹ quare oportet
q̄ administret⁹ omni die multotiens qm̄ attrahit
vapores ad superiora ⁊ mouet eos a parte oculi .
Sextum ē q̄ homo debet mundare ⁊ fricare dentes .
Cui⁹ causa ē quis immundities dentiu⁹ est causa fe
toris anhelitus . Similiter a dentibus immūdis spi
ritus immundi eleuant⁹ ad cerebrū ip̄m perturbātes
⁊ Pretrea cōmixtio limositatis dentiu⁹ cum ip̄o cibo
ad stomachū missō ē causa corruptionis cibi in sto
macho . Ad idum autē cōseruandi sanitatē dentiu⁹ ⁊
bonitatē odoris eorū tāgit Aucēna septia tertiū / ca
de cōseruatōe dentiu⁹ sub his v̄bis . Et ex eis q̄ cōser
uāt sanitatē dentiu⁹ ē ut colluat⁹ os in mēse bis cū vi
no ī quo decocta ē radix titimalli . ē enī perueniēs ad
ultimū in faciēdo bonū odorē ⁊ nō aduenit facienti
illud dolor dentium . Vlteri⁹ autor in vltimo versu
subdit aliqua p̄cepta generalia . primū ē q̄ hō lot⁹
stupha vel balneo debet se tenere calidum quia tunc
pori sunt aperti ⁊ sic de facili frigus possit subintra
re et magna nocumenta corpori inferre . Aliud est q̄

4
postq̄ homo sumpserit cibuz debet modicū stare ut
cibus perfecte descēdat ad fundū stomachi ī quo cō
pletur digestio. deinde lente ābulet et nō fortiter ne
propter motum fortē calor trahat̄ ad partes exteri
ores ⁊ per hoc īpediatur cibi digestio. Aliud ē q̄ hō
frigid⁹ debet cauere ne subito se calefaciat s̄ paula
tim. mutationes enī subite naturā ledūt. Vīa enī ex
tra naturā molesta sunt ut dicit Galien⁹ in cōmen
to illius canonis Secundū multū ⁊ repente.

**Sit breuis aut null⁹ tibi sōn⁹ meridian⁹
febris pigricies capitis dolor atz catarr⁹
Hec tibi proueniūt ex somno meridiano**

In hoc textu tangit autor quattuor nocumenta
que proueniūt ex somno facto post prandiu⁹. Quo
rum primum ē q̄ ex somno meridiano solet sequi fe
bris. Quod aliqui putant verificari de febre proue
niēte ex opilatione causam istī⁹ febris reddentes q̄a
tēpore diei calor ⁊ spiritus mouent̄ ad exteriora et
sic virtus digestiua in die est debilis. digestio enim
perfecta est quādo calor ⁊ spiritus ad interiora mo
uentur propter quorum motum calor naturalis in
tenditur et sic tēpus noctis ē temp⁹ perfectioris di
gestiōis. Indigestio enī ⁊ cruditas humorū ē cā opi
latōis q̄ opilatio est cā febris scd⁹ Auicēnā priā q̄r
ti ī plurib⁹ passib⁹. Scdm nocumētū ē pigricies q̄ ex
eadē cā videt̄ oriri. Ex materia enī indigesta ⁊ grossa
grossi eleuantur spiritus qui moti ad mēbra corpo
ris grauedinem corpori inducūt quēadmodū spūs
subtiles ⁊ leues leuitate⁹ animi ⁊ corporis inducūt.

Tercium ē dolor capitis qui etiā ex eadez cā prouenire videt̄. Ex cibo enīz indigesto in stomacho eleuantur grossi spiritus cerebrū perturbātes qui spūs sunt cā discolorationis etiā faciei quā ad cutez mouentur qz ubi est materia grossa necesse ē quicquid ex tali materia dissoluitur esse grossum vt innuit Galienus in cōmento illius amphorismi. Et qui crescunt sic inquit ens quicquid enim de qualibet re dissoluit̄ ei vn̄ dissoluit̄ necesse ē vt assimiletur. Quartum nocumētum est catarrus qui similiter ex eadez causa videt̄ oriri scilz ex reumate. Reuma enim dicit̄ ois fluxus materie de mēbro ad membrū in quacūqz parte corporis fuerit sed secundum qd ad diuersas partes corporis fluit diuersa sortit̄ nomina quā enim mouetur ad pectus / siue ad mēbra spiritalia videlicet ad pulmonē dicitur catarrus. Sed quā fluit ad fauces siue ad colatorium palati dicit̄ brancus. Et quā fluit ad nares dicit̄ coriza / ut habet̄ in istis versibus. Si fluat ad pectus dicatur reuma catarrus Ad fauces brancus ad nares dico corizam. Preter tñ predictorum nocumentorum causas narratas alie possunt assignari magis efficaces. Causa nāqz primi nocumēti scilz febris q̄ aliquā ē effimera aliquā putrida ē. febris q̄ de effimere retētio fuliginū in somno diurno quaruz resolutionē vigilia facere osuenerat quibz acruatis et spiritibz admixtis in eis accēdit calor extraneus causans febrē effimerā. Febris vō putride putrefactio hūiditatū multiplicataruz ex somno diurno ad cor effumātū. Sedm vō nocumētum scz pigrícia cōtingit propter hūiditates per somnū diurnuz retētas

5

circa musculos cordas ⁊ iuncturas quib⁹ torpescūt
et tarde redduntur ad solitos motus. Terciu⁹ vero
nocumentum ex simili causa oritur scilicet ex humi-
ditatibus et vaporibus per somnum meridianū re-
tentis qui moti versus caput ⁊ cerebrum ei dolores
ingerunt. Quartum vero nocumentum videlicet ca-
tarrus quo vniuersaliter omne reuma significatur
cōtingit propterea quia vapores et fumi qui vni-
q⁹ per cutem hora vigiliarum resolui solent in som-
no diurno ad caput tendunt ubi inspissati recidunt
inferius reumatizantes. Auicenna autē tertia primi
doctrina secunda capitulo nono alia superaddit no-
cumenta somni diurni quorum primum est generare
egritudines humidas vt guttas ⁊ paralises ex reten-
tionibus humiditatum que de die magis resolui so-
lent. Secundū est corruptio coloris faciei propter
humiditates aquosas vrine similes in sanguine mul-
tiplicatas ex somno diurno/resolui solitas tempore
vigiliaꝝ que ad faciei cuteꝝ cū sanguine expulse red-
dunt eā tumidā ⁊ declinatē ad citrinitateꝝ. Terciuū
ē generatio splenis id est splenetice passionis in dis-
positis ad eā Cui⁹ cā ē retētio humoris grossi melā-
colici ī splene ex somno diurno. sicut enī iuuāt vigi-
lie motū ⁊ libeꝝ trāsitu hui⁹ grossi hūoris per cana-
les strictos cum calore diei vias aperiēte/sic somn⁹
impedit maxime diurnus cuz tunc instet hora secun-
dū plurimum trāsitus melācolie per canales suos ⁊
maxime per illum canalē qui a splene trāsit ad orifi-
cium stomachi gratia puocationis appetitus p quē
splenis superfluitas emūdari solet nō enī cōuenit vt

de nocte prouocet sed de die potius appetitum cibi.
Quartum est relaxatio neruorum seu remollitio eorum
Cuius causa est prohibitio resolutionis humiditatum
quam facere solent vigilie diurne que interius retentae ner-
uos imbibunt. Quintum est debilitatio appetitus Cuius causa
est prohibitio resolutionis que est prima causa famis
Alia causa est repletio stomachi ex fumis vaporibus
et humiditatibus remollientibus et saturantibus orificium
stomachi. Sextum est generatio apostematum Cuius causa
est quod superfluitates per somnum diurnum multiplica-
te colliguntur sepe in aliquo membro et ipsum intumesce-
re faciunt. Et ulterius dicit Auicenna quod due de potio-
ribus causis propter quas nocet somnus diurnus sunt
prima quidem quod cito interrumpitur propterea quod calor
diei trahit versus exteriora calorem corporis et contra
somnia ad interiora unde motus prouenit agitatiuus
et ideo consilium tunc dormire uolentibus quod in umbra dor-
miant et in tenebroso loco. secunda uero propterea quod red-
dit naturam stupidam et quasi perterritam retrahentem se ab eo
in quo erat scilicet a digestionem cibi. Attendendum tamen est
quod licet somnus diurnus generaliter uituperetur et noc-
turnus commendetur / ex diurno tamen ille minus uituperatur
qui a mane est usque ad terciam scilicet ab ortu solis usque
ad terciam post ipsius. iuxta illud ypoocratis pronos-
tichorum secunda dicitur Somnus ut moris est conueniens
et naturalis ut noctem non effugiat et diem non impediat
est laudabilis contrarius uero est improbandus mi-
nus tamen si a mane usque ad terciam tenuerit. Quam-
quam tamen somnus diurnus et meridianus in tantum a
primis medicis inuentoribus detestetur. moderno tamen tpe

6
nō omnis somnus diurnus est vituperandus et proprie
si in eo quinque conditiones obseruentur ut vult Bartru-
cius. Prima est ut sit consuetus. secunda ut nō sit illi-
co supra cibum. tertia ut nō sit capite depresso. quar-
ta ut non sit longus. quinta ut nō fiat ab eo subito
stupida et repentina exprefacio sed morosa.

**Quattuor ex vento veniunt in ventre retento
Spasmus ydrops colica vertigo quattuor ista**

In hoc textu autor ponit quattuor nocumenta pro-
uenientia ex retentione ventositatis in corpore nos-
tro. Quorum primum est spasmus. Cuius causa est quia
ventositas retenta sepe capit raptum ad iuncturas et
neruos ipsos replentes ex quorum repletione sequitur
ipsorum contractio que vocatur spasmus. Et ab Avicen-
na secunda tertiū capitulo de spasmō / spasmus sic dif-
finitur. Spasmus est egritudo nervosa qua mouentur la-
cerati ad principia sua et inobediētes sunt in dilata-
tione eorum. Et iste spasmus est duplex Nam quidam
est ex repletionē in quo membrum abbreviatur et ingros-
satur propter rem implentem sicut cornu aut corrigia
cum est res implens abbreviatur et ingrossatur et iste
spasmus fit subito. Alius est ex inanitione in quo con-
trahitur longitudo et latitudo et minoratur membrum se-
cundum longum et latum sicut in pargameno cum ap-
ponitur igni fit contractio secundum longum et latum et
iste spasmus fit paulatine. Secundum nocumentum est
ydropisis que est morbus materialis causatus ex re-
frigida plurima ingrediēte et inflante membra aut loca
partium in quibus regimen. i. digestio ciborum fit et

humorum ut dicit Bartrucius Ydropisis enī non
generat nisi cum sanguis non generat ut dicit Gali
enus sexta particula aphorismorum in cōmento illius
Emorroydes sananti antiquas. Et ē triplex ydro
pisis scilicet ypozarcha ascites et tympanites Et de
tympanite intelligit istud secundū nocumētū. Tym
panites enī ut dicit Bartrucius fit a mala cōplexi
one frigida stomachi et hepatis prohibēte cibum trans
mutare in chilum et humorē benignū aut sanguineū
quare cōuertitur in rem ventosam que dum nō expel
litur per eructuationē aut aliunde opilatione viāz
prohibēte vel virtute expulsiua vel seqstratiua seu
perfluitatum debili existente colligit inter cyphac et
mirach vētris et causat ydropisim. Tercium nocumē
tum est colica que est egritudo multuz dolorosa fac
ta in intestino dicto colon quod est vnum de intesti
nis grossis quēadmoduz yliaca ē egritudo doloro
sa facta in intestino gracili dicto ylion. Et fūit dic
te egritudines sepe ex vētositate inclusa in dictis in
testinis. Quartum nocumētum ē vertigo et est egritu
do cum qua videt homini qd ōnia voluantur in gy
rum. Cuius egritudinis causa ē vētositas ad cerebrū
mota que propter eius in cerebro motionē vertiginē
facit. Et ista quattuor nocumēta cum quibusdā ali
is pulcre cōmemorat Auicēna decimasexta tercii tra
ctatu quarto capitulo de rebz que nocent colicis di
cens. Et scias qd retētio ventositatis multotiens fa
cit accidere colicā propterea qd subleuat eaz et expri
mit ipsam ita ut aggreget res vna et qd facit accidere
debilitatem in intestinis. Et quādoqz perducit illud

ad ydropisim. Et quoniam generat tenebrositatem visus
et vertiginem et epilepsiam. Et quoniam retinet in iuncturis
et facit accidere spasmodum.

**Ex magna cena stomacho fit maxima peccata
Et sis nocte leuis sit tibi cena breuis**

In hoc textu autor ponit unum documentum pro
conservatione sanitatis dicens quod homo in cena debet
esse sobrius et se non multum cibo replere quia nimia re
pletio nocturna inducit impedimentum somni / torci
onem ventris / inquietudinem corporis / pustulas in fa
cie / gravitatem capitis in mane et maliciam oris. Dubium
iam incidit utrum maior quantitas cibi sit sumenda in
prandio quam cena. Pro cuius decisione advertendum est
quod secundum diversitatem corporum maior aut minor qua
ntitas cibi sumenda est in prandio quam cena quia corpora
aut sunt in morbum decidenda aut sub latitudine sani
tatis. Si in morbum deciderint aut cum humoris vicio
aut sine humoris vicio. Si sine humoris vicio sic est ma
gis cenandum Cuius ratio est quia natura in talibus solus
est ciborum digestionem interea non autem superfluitatum
maturationem caret enim eis. Quod si cum humoris vicio
patiantur convenientius est prandium maiorem unum pri
ma terti tractatu quinto / ca. de cura epilepsie. Ille cu
ius consuetudo non tollat ut semel reficiatur dividat ci
bum suum quod est minor refectio sua in tribus partibus et sumat du
as tertias in prandio et tertiam in cena post exercitium
subtile. Ratio sic persuadet quoniam illo tempore quo natura
debilis iuvat in digestionem calore solari vivifico et re
solvuntur amplius superfluitates amplius sumendum est cibum

hoc autem magis fit in prandio quam cena ergo et. Bre-
terea in die calor vitalis adest solaris et lucis diges-
tius cum sit vite principium quare ad digestionem
tunc duplex operabitur calidum nocte vero non. Et
etiam nocte natura magis est circa superfluo-
rum digestionem in talibus intenta / non est ergo impedienda multa
ciborum exhibitio. Quamvis enim calor in plerisque for-
tificet in nocte spirituum retractione et somni redu-
ctione non tamen potest huiusmodi calor duo ut alimen-
tum et superfluitates digerere. Convenit itaque in his
cenam breuiare. Si vero huiusmodi corpora sub lati-
tudine fuerint sanitatis. Aut sunt sufficienter sana ro-
busta superfluitatibus sensibilibus carentia cum omnes
expellant sua via ut athletae et hoc expedit cenam ma-
iorare. Tum quia natura eorum nocte solum est digesti-
oni ciborum intenta et non superfluo-
rum maturationi cum illis fere careant. Tum quia solum robur corpo-
ris intendunt quod et nocte acquiritur magis cum am-
plior fiat sanguificatio distributio et spirituum in-
his generatio. Si autem corpora fuerint a dicto tempe-
ramento et robore distantia sicut sunt plurima usque
in egritudinem nunc devenientia talia aut exercitantur
exercitio forti continuo et vehementi aut non. si sic ut
sunt victum manibus querentes melius est eis prandi-
um super cenam maiorare. Cuius causa est quia alimen-
tum non solum expetit propter nutrire sed propter
humectare membra ac irrorare ne arefiant ex forti mo-
tu et resistat resolutioni caloris propter quod oportet
plus cibi exhiberi in prandio. Neque propter exer-
citiu[m] talia corpora cessant ab eorum digestionem cum

8

ita sunt cōsueti vsus enī est res preter naturā. Est
et calor uehemens ppter exercitiū potēs super dige
stionē in eis / propter quod videm⁹ eos ter in die cū
appetitu comedere et bene digerere. Si autē nō utan
tur forti et laborioso exercitio continue sicut predicti
dupliciter illud euenit qz aut solum qñqz utunt⁹ ex
ercitio forti laborioso et nō continue aut solū utun
tur exercitio debili cum quo stat multiplicatio sup
fluitatum. Si utant⁹ exercitio plurimo forti et labo
rioso propter occupationes necessarias ī vita et ad
salutē sicut ciuiles viri qz plures circa bona fortu
ne negociantes et salutē interdū exercitio forti et la
borioso mouent⁹ ut diu equitantes vel itinerantes
aut aliud quoddā fortis a cōsuetō agentes exercitio
Et his utilius ē cenā super prādium amplius auge
re. Cuius ratio est qz si tales prādium auerent cuz
nō sint consueti adeo forti et laborioso exercitio agi
tari ut priores ipoz iam corrūpetur digestio malo
rum humorum generatiua. Itē propter motū super
fluum calor horū disseminatione ē debilitatus cui⁹
qdē unctio q̄ magis nocte fit q̄ die potissima ē forti
tudinis et digestiōis cā q̄re in cena instāte nocte ali
mētum amplius notest administrari. Itē isti prius
non laborioso utebant⁹ exercitio et sic corp⁹ eorū hu
miditatibus plenū est quibus et paruo cibo sufficien
ter potest resisti resolutioni et exsiccationi factis per
motum in die occurrentē. Si vero paucis debilibus
exercitiis et paruis occupationibus in vita utantur
precipiēduz ē ipis meli⁹ prādere qz cenare Et decla
rat istud sicut in corporib⁹ nūc egrotātib⁹ apparuit

Cum enim hi sunt debilis digestionis ut plurimum
iuuantur per calorem solis et lucem valde viuificos
confortatur enim inde spiritus propter suum simile. Ipse
se enim est lux aut effigiem habet lucis secundum Avicennam.
Iuuantur etiam quia superfluitates tunc melius
expelluntur poris apertis de die quam de nocte. Preterea
nocte non oportet eos multo cibo sed pauco repleri
cum natura tunc intenta est magis circa digestionem
humorum crudorum quos somnus habet maxime dige-
rere ac ad benignum reducere. licet enim nocte digesti-
ua fortificetur virtus non tamen adeo quod valeat cibum et
superfluitates digerere. Aduertendum est insuper quod in
exhibitione cibi maioris aut minoris in prandio quam
cena maxime seruandus est usus quia consuetudo est res
maxima in conseruatione sanitatis et egritudine cura
da secundo regiminis acutorum quod ostendit ex eo quod
eius mutatio et maxime subita uehementer est lesiua
Vnde Damascenus mutare consuetudines nocuum
est et molestum et precipue sensibus. Et ideo prae
consuetudines abolende sunt sed non mox eo quod natura
non sustinet repentinas mutationes. Et sic patet quod
uniuersaliter maiorandum est prandium super cenam
cum plurime egritudines sunt materiales et plura
corpora lapsa. Si tamen solus semel in die comeda-
tur melius est cibum in cena exhibere nisi oculi aut
cerebrum patiantur tunc enim melius est in prandio
exhibere cum cena non parum egrotantis nocet o-
culis et cerebro. Ulterius circa textum est notandum
quod non solum repletio nocturna siue in cena nocet
stomacho immo omnis repletio cibi generat enim

opilationes febres putredines apostemata ⁊ leprā
quia ē causa indigestionis. Quā autē oīs repletio no-
citiua est stomacho declarat Auicenna decimatercia
terciū tractatu primo/ca. de reb⁹ quarū vñ ledunt
stomachus ⁊ intestina dicēs. Et ex rebus magis ini-
micis stomacho est repletio ⁊ propter illud nō auge-
tur corpus gulosi qm̄ cibus ei⁹ nō digeritur quare
nō crescit ex eo corpus. Ille autē qui cibo abstinet
dum tñ remanet aliquis appetitus eius augetur qm̄
stomachus eius bene digerit cibum. Et sic valde ca-
uendū est ne stomachus torqueat⁹ ⁊ multum grauet⁹
ex cibo ita vt anhelitus angustiet⁹ ⁊ puls⁹ velocitet⁹
Et similiter repletio nauseatiua et fastidiū inducēs
multū est euitāda ⁊ specialiter ex malis nutrientib⁹
Nā si fastidium sit ex grossis nutrientibus proueni-
unt iuncturarū dolores ⁊ renum ⁊ podogra ⁊ grossi-
cies splenis et epatis ⁊ regulariter egritudines fleu-
maticae ⁊ melācolice. Et si fastidium sit ex nutrienti-
bus subtilibus proueniunt febres acute et maligne
⁊ apostemata multum acuta igit⁹ euitāda est repletio
nauseatiua. nō igitur tñ est comedendum quin in sto-
macho maneat aliquis locus vacuus nec ex toto de-
bet desiderium sopiri sed retineri debent aliquae reli-
quie appetitus ⁊ hoc specialiter obseruandū est in ha-
bentibus appetitum fortem. sunt enim aliqui quorū
appetitus naturaliter multū sopitus est et isti forte
debent plus comedere q̄ appetunt.

**Tu nūq̄ comedas stōachū nisi noueris añ
Surgatū. vacuū cibo quē sumpseris ante**

Ex desiderio poteris cognoscere certo

Hec tua sunt signa subtilis in ore dicta

In hoc textu ponuntur aliqua precepta que homo sane cupiens vivere necessario debet obseruare ante sumptionem cibi. Quorum primum est quod homo non debet sumere cibum nisi nouerit stomachum suum esse purgatum a malis humoribus quod fit per vomitum expellendo humores putridos et malos in eo existentes quia si sumeret cibum predictis malis humoribus in stomacho remanentibus ex admixtione talium humorum cum cibo cibum sumptum corrumpet. Secundum preceptum est quod homo non debet sumere cibum de nouo nisi presenserit cibum presumptum in stomacho suo fore digestum et ab eo euacuatum quia nihil est veteris in humano corpore quam intrinsece cibum super alium quod non est digestum sed digerere incipit. Nam superassumptum cibum prioris digestionem interuocata impedit. Et digestio prioris ante complebitur quod transiens ad epas per venas meseraicas ducet secum cibum superassumptum indigestum unde crudi humores in corpore multiplicabuntur. Ulterius in textu ponuntur duo signa euacuationis stomachi a cibo presumpto primum est desiderium certum. id est. vera fames. Et per intellectum istius sciendum est quod duplex est fames scilicet vera et mendosa. Veram Galienus describit secunda aphorismorum in omni illius canonis ubi dicit indigentia non oportet laborare dicens certa fames est cum homo cibo indiget unde imens sequitur appetitus. Sed mendosa fames est cibi appetitus corpore non indigente. Et sicut vera fames fit ex constrictione et corrugatione venarum orificii stomachi procedentibus a suctione membrorum inanitorum cibo indigentium sic mendosa

10

fames solet ab his fieri que stringunt ut rugat orifi-
cium stomachi membrum cibo non egentibus ut ab actu
frigidis stipticis aut acetosis. Et istius signi et secun-
di precepti precedentis commemorat Avicenna tertia
primi doctrina secunda ca. de eo quod comedit sic
inquiens. Oportet preterea ne aliquis comedat nisi
post desiderium neque in hoc tradetur cum desiderium
ebullierit. i. forte fuerit nisi modicum fuerit ut ebri-
orum desiderium et habitum fastidii quam tollerare
famem stomachum putridis replet humoribus. Et
postea eodem capitulo dicit. Et neque ipse neque omnes
qui sanitatem habere volunt aliquid comedant nisi de-
siderium fuerit certum et stomachus et superiora in-
testina a primo nutriente euacuata fuerint. quod enim
in corpore existit deterius est nutriens super nutriens
quod non est digestum mittere. Secundum signum quod
significat super certo desiderio siue certa fame est sub-
tilis dieta precedens. i. parua administratio cibi quam
enim illam sequitur fame significatur esse certa et ve-
ra. Sciendum est insuper quod in una et eadem refecti-
one pessimum est simul multos et diuersos coniunge-
re cibos ut carnes et pisces vel pullos et porcum et
postea prolongare tempus in comedendo quia pri-
mus cibus iam digeri incipit cum aduenit ultimus et sic
partes cibi dissimiles fiunt in digerendo sic quod preas-
sumpte prius digeste sunt quam postremo sumpte sue
digestionis mediis attigerint unde fit quod quedam cor-
rumpunt alias. Et istud innuit Avicenna tertia primi
doctrina secunda ca. de eo quod comedit dicens. Et ni-
hil quod deterius est quam diuersa nutrimenta simul adiungere

⁊ post hoc in comedendo tēpus prolongare cū enim
postremum nutriens aduenit primum iaz incipit di
geri nutriens ergo partes in digerendo nō similan
tur. Sciendum est tamen q̄ prolongatio in comedē
do moderate facta fere vna hora gratia bone masti
cationis ⁊ transglucionis ē laudabilis et plurimum
conferens ad conseruationē sanitatis quia perfecta
cibi masticatio cum morosa transglutiōe siue inglu
uie est veluti media digestio sed mala masticatio v̄
digestionē cibi impedit uel uehementer retardat. Sz
prolongatio in comedēdo cū interlocutionib⁹ ⁊ pau
sis duab⁹ vel tribus horis est plurimuz nocua ⁊ se
quunt ex ea nocumenta p̄narrata.

Persica / poma / pira / lac / case⁹ / ⁊ caro salsa

Et caro ceruina / leporina / caprina / bouia

Hec melancolica sunt infirmis inimica

In hoc textu tanguntur decem cibi siue alimenta
melancoliam generantia aut infirmis inimica. Quo
rum primum est comestio persicoruz de quibus Ga
lienus secundo alimentorum capitulo decimonono
dicit q̄ ⁊ horuz succus ⁊ quod velut caro facile cor
ruptibilis est et omnino quidem prauus quare non
oportet sicut quedā post aliud alimētum offerre cor
rumpunt enī supernatantia. Admissē autē oportet
huius quod ē cōmune in ōnibus q̄cunq; cacochima
humida ⁊ lubrica ⁊ facile subire potentia / propter
hoc oportet ipsa comedere priora aliis / sic enim ip
sa celeriter subeunt et illis viam faciunt / ultimo au
tem sumpta simul corrumpunt et alia. Et ita patet

quod istud dictum debet intelligi de persicis comestis
 post cibum alium quia ipsa sumpta ante cibum bo
 na sunt stomacho ventrem lenientia atque appetitum
 prouocantia. Juxta illud Auicene secundo canonis
 capitulo de persicis dicentis. Natura sunt bona
 stomacho et in eis est virtus faciendi appetitum ci
 bi. Et subdit Auicenna. Et oportet quidem ut non
 comedantur post alium cibum quoniam corrumpuntur
 post eum sed precedant ante cibum. Similiter se
 rapion in aggregatore capitulo de eis autoritate
 Dyascordis ait. Natura ex persicis sunt bona sto
 macho et molliunt ventres immatura vero stringunt
 et quando desiccantur stringunt fortius et decoctio
 siccorum quando scilicet bibitur prohibet fluxum
 humiditatum ad stomachum et ventrem et quando
 trita super locum puluerizantur unde fluit sanguis
 abscindunt eum. Et licet prenarrata habeant iuua
 menta quia tamen humorem generant putrefactibi
 lem nocitua sunt infirmis et maxime quando inde
 bite sumunt. Et sunt persica frigida in primo gradu
 et humida in secundo. Secundum est pira siue come
 stio pirorum. Et causa eius est quia pira et genera
 liter omnis fructus recens non correctus replet san
 guinem aquositate ebulliente in corpore et sic prepa
 rant sanguinem ad putrefactionem et per consequens
 nocent egris. Pira similiter ut dicit Auicenna secundo
 canonis ca. de eis appetate inducunt colicam. Pira tamen
 inter ceteros fructus multum inspungunt propterea porci ex
 ipsis piris inspungunt plurimum ab aliquibus aliis fructibus
 Et quia pira viscositate generant et sic inducunt colicam.

usus habet q̄ pira ⁊ alii fructus ventositatē facien-
tia cū carminatiuis .i. ventositatē expellentib⁹ come-
dunt vel possunt obuiare nocumēto iporū superbi-
bendo vinum vet⁹ odoriferū. Et meliora pira sunt
que magis odorifera sunt ⁊ magis dulcedine partici-
pātia. Et etiam meliora sunt decocta q̄ cruda ⁊ pos-
sunt decoqui cum aniso feniculo ⁊ zuccaro. Tercium
ē comestio pomoz de quib⁹ dicit auicēna secūdo ca-
nonis ca. proprio q̄ assiduatio comestionis eorum
facit euenire dolorē neruoz. Et poma etiā mala⁹ ha-
bent proprietate⁹ in generādo vētositatem in secūda
digestione quare nocēt egris ⁊ etiā propter similem
causaz illi q̄ dicta ē de piris. Et ista dicta de piris
et pomis maxime intelligēda sunt de ipsis crudis ⁊
nō de ipsis coctis. Et nedum isti fruct⁹ ab infirmis
sunt vitādi ymmo ōnes fructus implētes sanguinē
aquositate ebullēte vt fructus recētes quoz succus
in humano corpore ebullit sicut mustum et succus
fructuū ebulliūt exterius in vase et hoc p̄pter calo-
rem solis derelictuz in eis cum maturabant. Isti enī
fructus propter ebullitionē succi eoz preparāt san-
guinem ad putrefactionē licet pro hora qua sumun-
tur iuuamētuz prestent humectationis. Et hac de cā
Auicēna febricitantibus prohibuit fructus maxime
recentes prima quarti tractatu secundo/ca. septimo
dicens. Et oēs fructus nocent febricitāti cū ebulliti-
one sua ⁊ corruptione in stomacho. Quartum est co-
mestio lactis. Cuius cā est quia lac de leui corrumpi-
tur ⁊ in fumuz aut acetositatē cōuertit in stomacho
imundo sicut ut plurimū ē stomachus febricitantis

12

Febre putrida ⁊ ergo febricitantibus febre putrida
nō conceditur. Et similiter malum ē habentibus do-
lorem capitis et siticulosos et pluribus aliis de qui-
bus loquitur Hippocras quāta particula aphorismo-
rum/aphorismo illo. Lac dare caput dolentibus
malum ꝛc. Verum est tñ q̄ in aliquibus passionib⁹
conuenit sicut in ptisi ⁊ ethica ⁊ aliquib⁹ aliis pro-
ut dicit etiā Hippocras āphorismo iā allegato ⁊ etiā
inferius aliquid dicitur ibi Lac ethicis sanuz ꝛc. Et
licet lac in predictis passionibus vituperetur in sanis
tamen laudabile ē et hoc si in stomacho ⁊ epate bene
digeratur/ tunc enī intestina lauat sua aquositate et
mundificat/butirositate sua humoribus venenosis
repugnat mēbra humectat/caseitate sua vulnera pe-
ctoris iuuat ⁊ pulmonis gutturis renum quoq; ⁊ in-
testinorū ⁊ vesicę. mosuram acutorum humorū in inte-
stinis mitigat quia visceribus inuisatur ⁊ humorū
prohibet morsuz. Preterea cōuenit lac corporibus
temperatis quorum stomachus mundus est a cole-
ricis ⁊ fleumaticis humoribus/ In his enī lac bene
digestum multum dat nutrimentum/laudabilem san-
guinem generat/ carnem augmentat/ totum corpus
laudabiliter humectat / exteriora pulchra facit ut
refert Isaac in dietis vniuersalibus. Et ibi etiam
auctoritate Ruffi dicit q̄ lac bibentes ieiunos esse
oportet ⁊ bibatur calidum cum exeat vbera neq; ali-
quid comedatur quousq; digeratur et labor et nimi-
us motus cauiatur non est tamen quiescendum om-
nino a deambulatione sed deambulanduz est suauiter

quousq; in stomachi fundum descendisse sentiatur .
In distemperatis vero corporibus lac non cōuenit
In calidis enīz corporibus cito mutat in fumosita
tem ⁊ coleram . In frigidis vero in acetositatē ⁊ pu
tredinem . In stomacho etiāz immundo lac nō conue
nit quia in eo corrumpit . Circa electionem aut lac
tis sciendum ē q̄ magis eligēdū est lac mediocre in
via nutrimenti ⁊ non subtilissimum sicut lac cameli
aut etiam asininum neq; pinguisimū ⁊ grossissimū
sicut lac vaccarum ⁊ pecudum . Eligēdum est igitur
lac capre non enim habent tantuz aquositatis sicut
lac cameli quod nō est aptum ad nutriendum ratōe
nimie humiditatis sed vtenris subductiuum nec ha
bet tantum pinguedinis ⁊ grossicie seu caseitatis ⁊
unctuositatis sicut vaccarum ⁊ pecudū quod prop
ter grossiciem ⁊ unctuositatem est venarum opilati
uum / ventositatum generatiuū ⁊ difficilioris diges
tionis q̄ sit necessarium in regimine sanitatis . Eli
gatur igitur lac capre nō nimis propinque partui
nec nimis distantis a partu nō pinguatē nutrite in
bonis pascuis et in tempore quo reperiunt meliora
pascua . Quintuz est comestio casei . Et potest intelli
gi de omni caseo maxime tñ de veteri . Cuius ratio ē
quia caseus recens est frigidus ⁊ humidus ⁊ grosse
substantie ⁊ difficilis digestionis ⁊ opilatiuus ⁊ la
pidis generatiuus et non multum competit via ci
bi in regimine sanitatis . Et caseus vetus est calid⁹
⁊ sicc⁹ propter sal facit cibū digeri ⁊ difficulter di
gerit parum nutrit ⁊ male stomacho nocet et nimis
desiccatur et minus competit q̄ recens . Et si aliquis

caseus est medius inter nouum ⁊ veterem viscosum
 ⁊ frangibilem durum et mollem ⁊ parum declinans
 ad aliqualem dulcedinem non nimis falsus non la-
 crimosus cum inciditur saporis delectabilis et boni
 odoris / cuius in stomacho mora non est diuturna
 ex bono lacte conuenienter factus sufficienter vnc-
 tuosus talis utiq; caseus bonus est ⁊ inter alios ma-
 gis est diligendus et post cibum sumptus non mul-
 ta quantitate / multa vero quantitate sumptus in
 via cibi vniuersaliter est malus stomachū grauens
 et inobediens digestionī et opilatiuus ⁊ lapideis in-
 renibus ⁊ humorum grossorum in corpore et vento-
 sitatum generatiuus. Solum igitur ille caseus est bo-
 nus quem dat auara manus. Sextum est caro salsa
 Caro enim salsa siue false siue fumo exsiccata cuius-
 cunq; generis aut animalis fuerit generat sanguinez
 grossum et melancolicum ⁊ per consequens nocet in-
 firmis nec est cōueniens sanis. Et istud innuit Aui-
 cenna secunda primi doctrina secunda capitulo deci-
 moquinto in fine dicens. Et exemplum spissi pauci
 nutrimenti mali chimi .i. mali humoris est caro sa-
 lita. Septimum est caro ceruina que similiter san-
 guinem melancolicū generans teste Rasi tercio alinā
 foris capitulo de animalibus siluestribus et domes-
 ticis. Octauū est caro leporina que similiter sangui-
 nis melācolici est generatiua. Dicit enī Rasis de ea lo-
 co p̄ allegato. Ip̄a enī p̄ aliis melācolie generatiua
 est. Et de ista etiā dicit Ysaac ī dietis vniuersalib9
 q̄ nō cōuenit in via cibi s; solū in via medicine. Et
 ē sciēdū q̄ ista caro leporina ⁊ similiter ceruina cum

peruenerint ad antiquitatem simpliciter sunt euitande
si tamen aliquo modo cōueniant meliores sunt iste
carnes cum partui sunt propinque ut siccitas earū
obtemperetur ab etate ⁊ etiaꝫ sunt euitande nisi sint
pingues nam ex earum p̄guedine obtemperatur sic
citas. Bonum est caro caprina. Decimum est caro
bouina quia iste carnes etiam sunt carnes melanco
lice. Nam Ysac in dietis vniuersalibus de eis di
cit. Caro caprina ⁊ bouina sunt pessima dura in di
gestione tarda ⁊ digesta grossum generant sangui
nem ⁊ melancolicum. Et Auicenna secundo canonis
de carne caprina dicit. Caprina vero non est bona
multum ⁊ eius humor fortasse est malus valde. Et
sub istis etiam intellige carnem hircinam et vaccinā
que peiores sunt predictis carnibus scilicet capri
nis et bouinis. Nam de eis dicit Auicenna secundo
canonis capitulo de carne. Caro vaccina ⁊ ceruorum
⁊ hircorum siluestrium ⁊ magnarum auiuꝫ facit eue
nire febres quartanas. Et de carne vaccina adhuc
dicit q̄ caro vaccina plurimi nutrimenti est grossa
melancolica generans egritudines melancolicas. Et
ulterius dicit q̄ caro vaccina generat lepram. Et
de carne hircina dicit q̄ est mala absolute. Quia iā
textus loquutus est de carnibus vitandis et maxi
me animalium quadrupedum. Videndum est ulte
rius de carnibus eligendis animalium quadrupediuꝫ
Et quia circa electioneꝫ carnium animalium quadrupe
dium cōtrouersia videt̄ inter autores medicine q̄dā
ei dicūt carnes porciās eē melioꝫs sicut Galien⁹ ⁊ q̄dā
alii. Alii vō dicūt carnes edias eē meliores sic Ras

Avicenna et Averroys licet Averroys quinto colliget
 imponat Avicenne q̄ dixerit carnes porcinas esse
 meliores quod tamen non dicit autoritate propria
 sed autoritate xp̄ianorum. Alii vero vitulinas lau
 dant pre aliis carnibus. Secundum est q̄ electio et
 melioritas carnum animalium quadrupedum po
 test multipliciter attendi/ primo modo ex parte ma
 ioris nutrimenti et irresolubilioris et carnibus hu
 manis similioris. Et isto modo caro porcina ceteris
 est melior/ primo propter maximam similitudinem
 cum carnibus humanis teste Galieno tercio alimen
 torum ubi dicit/ porcine autem carnis similitudinez
 ad homines addiscere est ex eo q̄ quidam comederunt
 humanas carnes ut porcinas nullam suspicionem ha
 bentes secundum gustum ipsarum et odorem. Et Avicenna
 secundo canonis ca. de sanguine ait sanguis hominis
 et sanguis porci sunt similes in omni re ita ut quidam
 fuerunt qui vendebant carnem hominis ac si esset ca
 ro porci et occultatum fuerat illud usquequo inveni
 fuerant in ea digiti hominis. Et istud idem sentit sa
 tis Averroys quinto colliget capitulo de carne. Se
 cundo quia caro porcina valde nutritiva est. Nam
 dicit Galienus tercio alimentorum. Omnium edulio
 rum caro porcorum est maxime nutritiva et huius ex
 perientiam euidētissimam habent athlete. Et postea
 eodem libro ait porcorum carne nullum aliud amplio
 ris nutrimenti habebis sumere. Tercio quia generat ali
 mentum stabile fortiter resistens resolutioni. Et ista
 fuit mens Galieni in passibus ubi non parum profert por
 cinas carnes ceteris carnibus sed in octavo de ingenio

ubi dicit ceteris carnibus porcina est laudabilior
si porcus montana incoluerit post porcum edus.
Et similiter in quinto terapentice ubi dicit quadru
pedum caro laudabilior est porcina in calore et humi
ditate temperata eiusque cibus plurimus et sanguis ab
ea generatus omni melior est sanguine. Et istud veri
tatem habet de carne porcorum non antiquorum quia
eorum caro indigestibilis est nec iuuenum sive lactan
tium quia caro eorum humidissima est sed etate medi
ocrium puta unius anni vel duorum tam domesticorum
quam siluestrium verisimilius tamen estimandum est quod por
ci siluestres sunt domesticis meliores quia carnes
porcorum domesticorum sunt plus debito viscosiores
Et de carnibus porci silvestris sive apri dicit Auicenna
secundo canonis capitulo de carne. Christiani
vero dixerunt et qui eos imitantur quod melior caro
silvestris est caro porci silvestris nam cum hoc quod est
leuior carnibus domestici porci est fortis nutrimenti
et plurimum et est velocis digestionis et est melior quam
esse potest in yeme. Et ex isto ulterius sequitur quod
predicte carnes porcine multum laudabiles sunt cor
poribus iuuenibus sanis fortibus laborantibus non
dispositis ad opilationes et his qui impinguari
querunt quia talia corpora indigent plurimo nutri
mento et difficulter resolubili. Et ergo dicit Rasis
tercio alinansorum capitulo de virtute carniuum. Ca
ro vero grossa multum laborantibus conueniens est
subtilis vero his qui predictis sunt contrarium con
uenit. Et idem vult Auicenna tertia primi ca. de regi
mine eius quod comeditur dicens exercitati preterea et multi

laboris magis sunt tollerantes nutrientia grossa .
 Alio modo potest attendi melioritas et electio carniū
 ex parte tēperate cōplexionis eaz̄ facilis digestiōis
 ⁊ sanguinis ex ip̄is generati temperantiaz̄ ut scilicet
 illa caro dicat̄ melior que tēperate ē cōplexionis fa
 cilis digestionis sanguinē generans tēperatuz̄ in ca
 liditate et frigiditate subtilitate et grossicie . Et isto
 modo caro edulina est melior et laudabilior ceteris
 ut vult Ras̄ Auicēna ⁊ Auerroys . Nam dicit Ras̄
 tercio alinansoris ca. de aīalibus siluestribus et do
 mesticis . Edulina caro ē tēperata nullaz̄ in se habēs
 malicie admixtionem que licet tēperatū generet san
 guinem laborantibus tñ non cōgruit cui nulla alia
 caro preferenda est . Non est enim adeo debilis ut ex
 ea virtus minuatur neq̄ eius nutrimentum adeo im
 tum ē ⁊ grossum ut ex eo proueniat repletio ⁊ gros
 sus generetur sanguis . Sanguis quocq̄ qui ex ea ge
 neratur inter subtilem ⁊ grossum ac inter calidum ⁊
 frigidum existit . Et ista caro non conuenit multum
 laborantibus sed iuuenibus temperatis exercitio me
 diocri vtentibus quia ista caro generat sanguinem
 forti exercitio vel labore faciliter resolubilem licet
 non exercitio mediocri . Et sicut quo ad istam inten
 tionem caro ediuua inter carnes domesticas ita caro
 capreoli inter carnes siluestres est melior . Et post
 istam carnem ediuuam plurimi medicorum sicut Ra
 sis ⁊ Auerroys ponunt carnem arietinam . Et dicit
 Auerroys quinto colliget capitulo de carne q̄ hec
 est opinio maioris partis medicorum preter Galie
 num qui abominatur carnes arietum .

Et videtur sibi quod caro vitulorum est melioris nutrimenti quam arietina. Et forsitan Galienus hic attendit meliorem nutrimenti ex eo quod est plurimum nutrire et nutrimentum dare magis irresolubile quod magis videtur convenire carnibus vitulinis quam arietinis cum arietine magis humide sint. Tercio modo potest attendi melioritas et electio carnum ex parte minoris viscositatis et melioris odoris earum. Et sic carnes vituline sunt meliores ceteris carnibus. Et istud innuit Averroys quinto colliget capitulo de carne dicens Et carnes vitulorum sunt bone carnes ideo quia non habent illam viscositatem frigiditatem et siccitatem quam habent carnes bouine veteres et carnes eorum sunt magis odorifere aliis carnibus et quantum est in hoc meliores sunt carnibusedulinis quia in carnibusedulinis manifestatur quedam muscillago. id est viscositas antequam coquantur / sed carnes eduline sunt meliores vitulinis quia meliores generant humores. Et ex isto patet quomodo non est tanta controuersia inter auctores medicine super electione carnum quanta prima facie apparet. Notandum est insuper quod carnes animalium sicce complexionis meliores sunt circa partem quam distantes multum a partu et ergo edi et lactantes vituli meliores sunt hircis et bobus quia sua siccitas prime etatis humiditate corrigitur. Sed carnes animalium complexionis humide sunt meliores distantes a partu et circa partum deteriores quia sua nimia humiditas processu etatis exsiccatur scilicet iuuentutis corrigitur aut tollitur et ab humiditate prime etatis crescit. Et ideo iuvenes castrati arietes scilicet unius

anni sunt meliores et minus viscosi lactantibus agnis
 et porci unius anni vel duorum meliores lactantibus por-
 cellis. Et ergo bene dicit Avicenna tertia primi ca. de
 regimine eius quod comedit. Oportet autem ut cibus
 supple sanitatis conservatiuus sit talis quales sunt
 carnes et proprie carnes edorum et vitulorum lactan-
 tium parvorum et agnorum annualium. Et ex istis om-
 nibus concluditur quod carnes hircorum caprarum et arie-
 tum et bouum et porcorum antiquorum et specialiter non ca-
 stratorum et porcelloz lactantium et agnorum lactantium non
 sunt merito convenientes in regimine sanitatis sed carnes vi-
 tulorum iuuenum et arietum annualium et porcorum
 duorum annorum vel unius etiam castratorum suffici-
 enter convenientes sunt esui in regimine sanitatis. Et
 est diligenter notandum quod carnes declinantes ad siccita-
 tem debent elixari et declinantes ad humiditatem debent
 assari ut earum humiditas temperet et ideo carnes tu-
 niculorum leporum cervorum vitulorum et capriolorum
 debent elixari et carnes porcellorum et castratorum arie-
 tum assari / elixatio enim obtemperat siccitatem. Et
 ex hoc patet quod in temporibus et complexionibus humi-
 dis magis competunt carnes declinantes ad siccitatem
 et assentur In temporibus siccis et complexionibus et etate
 siccis magis cedunt carnes declinantes ad humiditatem

Oua recentia. vina rubentia. pinguia iura

Cum simula pura nature sunt valitura

In hoc textu ponuntur tria alimenta que in mo-
 dica quantitate multum nutriunt. Quorum primus
 est ova recentia quia sunt de his que in modica

quantitate multum nutriunt ut innuit Auicenna secū
do canonis ca. de ouis. Et idem vult quarta primi
ca. primo ubi dicit nutriens vero parue quātūtatīs
et multi nutrimenti sunt oua et gallorum testiculi. Et
illud idē in multis aliis locis repetit. Circa electio
nem ouoz sciendum ē q̄ oua gallinarum et pardicū
et faseanorum iuuenū et pinguiū sunt bona in sani
tatis regimine et alius ouis simpliciter meliora / vñd
oua paruula longa sunt bona vñde. Filia presbite
ri iubet pro lege teneri. Quae bona sunt oua candida
longa noua. Ampli⁹ oua tremula. i. per decoctionez
aliqua liter inspissata ut in manu tenētis in cortice
suo videant tremere sunt meliora duris et sorbilibus
et sunt multi nutrimenti et facilis et bone digestionis
et generant sanguinem maxime cordi proportiona
lem vñde conualescentibus senibus et debilibus ma
xime conueniunt et maxime vitella / vñde Auicenna
in tractatu de viribus cordis vult q̄ vitella ouo
rum animalium bone carnis sicut gallinarū et pardi
cum et faseanorū licet non sint medicine cordi mul
tum tamen cor confortant. Et postea subdit q̄ cito
in sanguinem conuertuntur et post conuersionez pau
cam habent superfluitatem et generant sanguinē sub
tilem et clarum et ergo maxime confortant cor gene
rando sanguinem ei proportionalem. Et vlteri⁹ di
cit q̄ multū valent in dissolutione substantie spiri
tus et diminutione sanguinis cordis. Sorbilia ve
ro oua facilis sunt digestionis et leniunt pulmonez
et pectus et ventrem lubricant et minus nutriunt q̄
tremula. Dura vero oua per decoctionem facta ad

Dig
gro
net
par
liti
sur
dū
des
cib
gu
qu
ob
au
rib
ci
bo
Et
mi
na
eli
cib
fo
ta
fa
b
xa
re
co
tu
cr

digerendum sunt difficilia et nutrimentum exhibent
 grossum et tarde a stomacho descendens et tarde pe-
 netratuum. Notandum est insuper quod ex diuersitate pre-
 parationis ouorum etiam acquiritur eis bonitas vel ma-
 litia. Aut ei sunt assata aut elixa aut frixa aut in iure
 sunt cocta. Assata elixis grossiora sunt et ad digeren-
 dum duriora quod focus substantialem eorum humiditatem
 desiccet. Et fiunt duobus modis. Aut enim cum corti-
 cibus inter calidos cineres ponuntur aut in testis fra-
 guntur. In testis fracta peiora sunt aliis. Illa autem
 que cum corticibus inter calidos cineres ponuntur du-
 obus fiunt modis / aut inter cineres ponuntur tota
 aut super carbones partim discooperta. Que in cine-
 ribus ponuntur tota sunt peiora quia cum calor fo-
 ci circuiat fumositates retinet. Discooperta super car-
 bones posita fumositatem emittunt et munda fiunt.
 Elixia in aqua meliora sunt quam assata quia aque hu-
 miditas calori foci in humiditate desiccanda repug-
 nat. Et fiunt duobus modis aut enim cum corticibus
 elixantur / aut intra aquam franguntur. Cum corti-
 cibus peiora sunt aliis quia cortices prohibent dis-
 solutionem fumositatum et grossicie. In aqua frac-
 ta calor aque temperate penetrat et grossiciem suam
 subtiliat et aufert sibi grauitatem sui odoris. Unde
 huiusmodi laudabiliora sunt ceteris omnibus. Fri-
 xa ceteris peiora sunt quia pessimos generant humo-
 res et sunt in stomacho morantia fumositatem et
 corruptionem inducentia et fastidium facientia. In
 iure cocta inter assata et in aqua fracta sunt medio-
 cria. Et ista colliguntur ex Isaac in dietis vniuersalibus c. 2

Sciendum est etiã q̄ ouum diuersificatur secundum
eius partes cõponentes. Nam vitellum in caliditate
tẽperatum existit. Albumen vero frigidũ est et visco
sum dure digeritur ⁊ sanguis etiã ex eo generatus
non est bonus vt habetur ex Rasi tercio alinansoris
capto de virtutibus ouorum. Et sicut oua predicta
scilicet gallinarum pardicum ⁊ faseanorũ sunt cõue
nientia in regimine sanitatis ita oua anatũ anserũ
strucionum et similibus volatilibus minus cõuenien
tia sunt in regimine sanitatis vel simpliciter euitan
da. Secundũ est vinum rubeum / pro quo sciẽdum q̄
vina diuersificantur in colore. Nam quedam sunt al
ba quedam rubea clara quedam citrina ⁊ quedã ni
gra. Vina enim alba debilitiora sunt ceteris min⁹ ca
lida et minus nutritiua verum sunt minus ledentia
caput et magis vrine prouocatiua et aperitiua. Quia
sunt debilitiora ceteris patet quia secundum Galienũ
super primo canone tercię particule regiminis acuto
rum debile vinum est quod minus calefacit et min⁹
replet caput cum ergo vina alba minus calefaciunt
et minus replent caput ceteris vt patebit debilitiora
erunt ceteris. Quia autem vina alba sunt ceteris min⁹
calida patet per Galienum in cõmento illi⁹ canonis
tercię particule regiminis acutoꝝ de vino etenim albo
dicẽtẽ. Nõ est possibile alicui ex vinis albis vt cale
faciat calefactiõẽ vebemẽti. Et postea subdit Vinũ
autem album est minoris calefactionis õibus vinis
Et istud est verum cõparando vina eiusdẽ territorii
ad inuicem ⁊ non aliter qm̄ vina rubea et ruffa gal
licana non sunt ita fortia nec ita calida sicut sunt.

multa vina alba que reperuntur in alijs territorijs
 debet igit fieri cōparatio inter uina eiusdē manerie
 et territori. Quod aut sunt ceteris minus nutritiua p̄
 per Galienum in cōmento illius āphorismi secūde par
 ticule āphorismorum. Facile ē repleti potu q̄ cibo di
 centē vinū enīz aquosum subtile atq; albū vsualiter
 aque est vicinū ⁊ illius virtuti viciant ad nutriendū
 vñ urina prouocat nec corp⁹ inde nutrit. Et simi
 liter in cōmēto illius āphorismi eiusdē particule. Eoz
 qui nutriunt dicit Gal. vinū aquosum min⁹ dat cor
 pori nutrimentum cui⁹ liquor est sicut aqua subtilissi
 ma et color alb⁹. Quod aut minus ledūt caput patz per
 Auicēnā tertia primi doctrina secda/ca. de regimine
 aque ⁊ vini dicentē. Vinū uero albu ⁊ subtile cale
 factis ē melius nō enī capitis efficit dolores sed for
 tasse humectabit ⁊ capitis dolorē alleviabit. Et idē
 etiā vult Galien⁹ in cōmēto illius canōis tertię p̄ticu
 le regimīs acutoz. Not⁹ aut dulcis. Rō aut quare mi
 nus ledunt caput est qz minus fumosa ⁊ vaporosa
 sunt ceteris. Quod aut magis sunt vrie puocatiua ⁊ ape
 ritiua patz per Hippocratē in canōe illo tertię p̄ticule
 regimīs acutoz de vino etenīz albo dicentē sed trāsī
 tus ei⁹ scz vini albi in vesicā ē facilior q̄ cuiuslibet
 alterius pot⁹ cū quo etiā vim aperitiuā habere dinos
 cit. Et ex isto sequit qd ista vina alba subtilia plus
 cōueniunt q̄ alia vina calefactis sine a natura sicut
 colericis ⁊ sanguineis naturalib⁹ siue ab accidente si
 cut calefactis ex ira vel mora ī sole. Et similiter ma
 gis oueniūt studētib⁹ qui debēt uti vino nō turbāte
 cerebrū. Et similiter oueniūt habētib⁹ cerebrū debile. 3

siue naturaliter siue accidentaliter qz habentes cere
brum debile ex forti vino faciliter inebriatur ut ha
bet Auicēna tertia primi loco preallegato. Et ergo
si uti velint vinis fortib9 necesse ē ea fortiter lipbare
Et similiter cōueniūt habētib9 epar calidū ⁊ roma
chum calidū ⁊ habitātib9 in regiōe calida qz calida
vina ī istis facerent estuationem. Vina vō rubea cla
ra sicut beluētia calidiora sunt ceteris ut vult Gal
en9 in cōmento illi9 canonis supra allegati de vino
etenim albo vbi dicit verūtū cuius calefactio ex vi
nis est vehemēs ei9 calor ē rube9 clar9. Et ista vina
etiam nutritiora sunt ceteris ut habet Galienus in
cōmēto illi9 āphorismi p̄allegati. Facile ē repleri ubi
dicit grossum vero ⁊ rubeū vinuz nutritius est ce
teris īplens corpora cito obnoxia inanitioni. Et cir
ca istud est itelligendū qz vina rubea dicunt nutriti
lora eo qz plus eoz in substātiā membrorū ouertit
Vina tñ nigra possunt dici nutritiora ceteris qz
cōstātius dant nutrimentū ⁊ tardius a membris reso
lubile. Et isto mō dicit Galien9 ī cōmento illi9 āpho
risimi p̄allegati. Eoz q̄ nutriunt qz vina grossa ⁊ ru
bea nutritiora sunt q̄ aquosa minus tñ q̄ nigra
Et isto mō etiam intelligit dcm Isaac in dietis pri
cularibus vbi vult qz vinum n̄ grum plus nutrit q̄
rubeū. Et ista vina rubea magis ledunt caput q̄ al
ba ⁊ minus vrine sunt puocatiua. Et hinc est qz ista
vina qz fortia sunt habentib9 debile cerebrū nō cō
ueniunt ut dcm est s3 bñ cōueniūt habentibus forte
cerebrū cū forte cerebz vapores eleuatos ad ipz nō
suscipit ut dicit Auicenna tertia primi ca. p̄allegato

Et circa istud est sciendum quod ingenium hominis fortis cerebri magis clarificatur et acuit si bibat vinum bonum quam si non biberet ut vult Avicenna tertia prima causa. preallegato. Et ratio est quod ex bono vino plures quam ex quocumque alio potu generantur et multiplicantur spiritus subtiles clari et puri. Et inde est quod theologi contemplari soliti circa altissima bona vina diligunt. Et secundum Avicennam ibi. Ista vina valent hominibus frigide complexionis et fleumaticis. Talia namque vina corrigunt lapsum frigiditatis complexionis et aperiunt operationes euenire solitas frigidis fleumaticis et digerunt fleumata cooperantur ad conversionem eorum in sanguinem et digerunt faciliter et cito penetrant et prebent alimentum mundum et spiritus plurimos. Vina vero citrina minoris calefactionis sunt quam rubea clara ut vult Galienus in commento illius canonis preallegati de vino etenim alba maioris tamen calefactionis sunt quam alba ut ergo etiam magis sunt caput ledentia quam alba ut vult Galienus in commento illius canonis preallegati. Notus autem dulcis. Et ista vina etiam minus nutritiva sunt quam rubea magis tamen quam alba. Et apud quosdam ista vina etiam vocantur alba. Et hinc est quod aliqui dicunt quod vina alba cito calefaciunt multum. Vina vero nigra sunt minoris calefactionis quam citrina et ergo etiam minus ledunt caput quam citrina. Sed quod tardioris descensus sunt in ventrem et minus urine provocantia quam alba magis ledunt caput quam alba ut habet Galienus in commento illius canonis preallegati. Notus autem dulcis. Et sunt ista vina etiam plus nutritiva quam alba et citrina minus tamen quam rubea ut predictum est. Tercium est sorbilia facta ex iuribus carniuum et maxime ex brodio pullorum

ca

Talia enim brodia nature humane sunt amica ex quo
facilime in sanguine sunt mutabilia et bonum sanguinem
generant. Et maxime duz fiunt ex simula .i. ex sub-
tilissima parte farine quz simula et maxime tritici mul-
tum nutritiua est et bonum nutrimentum affert ut haberi
potest ex Rasi tercio alināforis. Et ista tria potestā possunt
Alicena scda pmi doctrina scda summa pma ca. xv
in fine ubi dicit. Exēplum subtilis multi nutrimenti
boni chimii .i. hūoris est ouorum vitelli et vinum et aqua
carnis. Et ex isto concludit quod ista tria sunt de genere
naturā humanā maxime confortantium.

**Nutrit et ipinguat triticum. lac. casei infans
Testiculi porcina caro. cerebella. medulle
Dulcia vina. cibus gustu iocundior. oua
Sorbilia. mature ficus. vneque recentes.**

In hoc textu cāgunt duodecim res corporis humani
nutrientes ac ipinguantes. Quarū prima est triticum .i. pa-
nis ex tritico de quo dicit Alicena scdo canonis ca.
de pane quod ipinguat velociter et maxie de frumēto no-
uo Rasi vno tercio alināforis de tritico dicit. Triti-
cum tēperamēto vicinū est licet caliditati parū attineat
Sed at poterosius et solidius inuenit maioris est nutri-
menti. Vibus quoque hōibus aliis granis pficiens ma-
gis propriū inuenit. Sanguis etiā ex eo generatur omni
sanguine quod ex aliis generatur granis tēperatior est. Et
sequenti ca. dicit. Panis quod ex tritico fit pluribus hōibus
conuenientior est. Circa electōez at tritici sciendū est quod electō
eius potest sumi vno modo ex parte substātie ipsius / alio modo ex

pte ppatōis ei9. Electōnē āt ei9 ex pte substātie ipi9
 pōit Auicēna scōo canōis ca. de frumēto dicēs. Afe
 li9 ē illd qd ē mediū inter duriciē ⁊ raritatē magnū
 pīgue recēs .i. nō nimis ātiquū planū qd ē inter ru
 bedinem ⁊ albedinē/ frumētū vō nigrū mali ē nutri
 mēti Rasis vero supaddit pōderositatē ei9 sup elec
 tione ei9. Circa electionē vero ei9 ex pte ppatōis
 ei9 sciēdū est qd ōia q̄ sūt ex farīa tritici fruxa tarde
 a stōacho descendūt generāt grossos hūores opilant
 vias epatis augmetāt splenē ⁊ generāt calculū mul
 tū nutriūt si digerāt. Triticū vō elixū ē cib9 grauis
 ⁊ indigestibilis sed si digerat fortiter nutrit ⁊ robo
 rat virtutē. Sed triticū sub forma panis bene fermē
 tati ⁊ offati in clibano moderato igne est elect9 cib9.
 Et ōia ista colligunt ex Galieno primo alimentorū
 Secunda res ē lac. Et p̄t istud intelligi de lacte ebuti
 rato quod apud medicos adoc dicitur et apud cōes
 balbuca. Balbuca enī recēs si comedat̄ cuz pane re
 cētī siue calido ei iposito maxime ipinguat. ⁊ potest
 etiā intelligi de lacte capri no quod etiā multum nu
 trit de quo prius latius dictum ē ibi ⁊ Persica poma
 pira. Tercia res est caseus infans siue recens de quo
 dicit Auicenna secundo canonis ca. de caseo qd ē nu
 tritiuus et impinguatius. Et licet caseus recens nu
 triat et impinguet in regimine tamen sanitatis non
 conuenit quia sequuntur ex eo nocumēta prius dic
 ta ibi ⁊ Persica poma pira. Quarta res est testiculi.
 Et istud maxie intelligēdū ē de testiculis gallorū im
 pinguator9 de quib9 Auicēna secundo canōis ca. de
 testiculo dicit qd sūt valde boni nutrimenti ⁊ plurimi

Et quarta primi ca. primo de eis dicit q̄ in modica
quãtitate multũ nutriunt. Et potest istud etiã intel
ligi de testiculis porcoꝝ multuz pinguium nundum
coeuuũ sicut enĩ porcoꝝ caro ea q̄ alioꝝ aĩalium
quadrupeoũ melior existit ⁊ hoc quo ad hoc quod ẽ
nutrimẽtum prebere maiꝝ irresolubiliꝝ ⁊ corpori hu
mano similius sic etiã ⁊ porcoꝝ testiculi respectu te
sticuloꝝ alioꝝ animaliuũ quadrupeoũ. Et est hic di
ligẽter notandũ q̄ testiculi aĩaliumꝝ prouectoꝝ i qui
bus ẽ iam fermẽtatum semen ⁊ generatuꝝ nõ sunt bo
ni nutrimeũ sed testiculi animalium iuuenum adhuc
nõ coire potẽtium quibus adhuc nõ ẽ sperma ferme
tatum sunt satis laudabilis nutrimeũ si bene digerã
tur ⁊ de istis etiã intelligitur dictum prius. Quinta
ẽ caro porcina de cuius electione et effectu satis am
ple dictum ẽ prius ibi ꝑersica poma pira. Sexta ẽ
comestio cerebrorum. ꝑro quo sciendũ ẽ q̄ cerebrũ
est stomacho malum nauseatiuũ deiectiuuz appetitꝝ
⁊ grossi humoris generatiuum verum est tñ q̄ si bñ
digeratur alimentuz dat corpori notabile sed nullo
modo comedi debet post alios cibos. Bonum autẽ ẽ
q̄ cum origano vel calamento vel cuz aliquibus ob
teperantibꝝ eiꝝ viscositatẽ ⁊ frigiditatẽ in quibꝝ sit
virtus incisua ⁊ calefactua paret. Et cauendum ẽ
q̄ si comedat q̄ primitꝝ affetur super carbones. Et
ẽ aduertẽdum q̄ nõ confert illis quibus frigide so
lẽt aduenire egritudies sꝫ bñ habẽtibꝝ õplexionẽ ca
lidã ut vult Rasus tercio alinãforis ca. de virtutibꝝ
mẽbroꝝ aĩalium. Et breuiter parũ oueit in regimie sa
nitatis sꝫ aliqñ bñ cõuẽit via medicine sicut cerebz

capriolorum conueniens est contra venena et contra mor-
sum venenosorum et cerebrum leporis contra tremorem
et secundum quosdam cerebrum pulloz et caponum ad me-
moria et subtiliatiōez ingenii conferunt. Circa electi-
onē tñ cerebroz sciendū est q̄ meliora eoz sunt cere-
bra volatiliū et pprie montanoz et ex cerebris q̄
drupedū cerebroz arietis deinde vituli ut vult Auicenna
secūdo canōis ca. de cerebro. Septia est medulle
que multi sunt nutrimenti si bñ digerant prout dicit
Auicenna secūdo canōis ca. de medulla. Et etiā faci-
le in sanguinē cōuertitur. Hoc tamen maluz faciūt
q̄ deiciunt appetitū atq̄ nauseā inducūt et ergo Auicenna
docet eas comedere cū piperibz. Et etiā aliqui
eas oparāt cum citoniz et pastillis ut faciūt leccar-
di. Et pro electione eaz dicit Auicenna q̄ cōuenien-
tior ē medulla vituloz et cerui deinde tauri et postea
capraz deinde ouiu. Et scdm aliquos medulle tau-
roz iuuenum et pinguium multuz cōuenientes sunt
Octaua est dulcia vna de quibz posteriz dicit ibi
Sunt nutritiua. Non est cibus gustu iocūdior qz
taliz maxime nutrit. Juxta illud Hippocratis secūda
particula amphorismorū dicitur Haruz deterior ci-
bus et potus delectabilior quidez melioribus magis
delectabilis ē appetēdus. Et Galienus i cōmēto illius
ait. Omnis enī cibus sapiens in quo quisq̄ delectat̄
euz accipit a stomacho cōplexus retinet et cum mag-
na delectatione digerit plusq̄ quilibet aliq̄ qui si sic
abominabilis fugit vñ vomit fastidiū inflatio ru-
git generant. Et hinc ē q̄ aliq̄ meli9 valēt cū malo
cibo q̄ cū bono qz maiorē delectationē habēt i malo

Decima ē oua sorbilia que in modica quātitate etiā multū nutriūt de quib⁹ etiā dictū ē supra ibi. Dua recentia. Undecima ē ficus mature q̄ propter suam dulcedinē multum nutriunt ⁊ ipinguāt. Circa istud tñ sciēdum ē q̄ licet nutrimentum fic⁹ nō existat ī robore nutrimenti carnis ⁊ granoꝝ ē tñ uehemētioris roboris q̄ nutrimentū oīm fructuū ut uult Auicenna sc̄do canonis ca. de ficub⁹. Et ibidem etiā dicit q̄ ficus ē nutritibilior ceteris fructib⁹. Et idē uult Auicēna tertia primi ca. de regine ei⁹ qd̄ comedit dices q̄ iter fruct⁹ / fruct⁹ magis nutritiui ⁊ similiore et p̄pinq̄ores carnib⁹ ī nutriēdo sunt fic⁹ ⁊ uue uald̄ mature ⁊ dactili. Circa electionē uo eaz sciēdū ē q̄ sc̄dm Auicennā secūdo canōis ca. de ficub⁹. Melior ē alba q̄ leuior deīde rubea siue citerna ⁊ deinde nigra. Et q̄ uehemēter matura ē melior ē et p̄xima ad hoc ut nō noceat. Itē humide ⁊ recentes fic⁹ magis ⁊ uelocius nutritiue sunt q̄ sicce et citius trāsunt d̄ stomacho ad epar ⁊ magis humectāt epar et magis lenificāt q̄ sicce. Verū sicce sunt min⁹ iflatiue ⁊ magis stomacho cōuenientes q̄ humide. Et de siccis dicit Auicēna loco preallegato. Sicca quidē ī suis operationibus est laudabilis uer⁹ sanguis ex ea generatus nō est bonus ⁊ propter hoc facit pediculos uerū si sit cum nuce tunc eius chimus. i. humor fit bonus ⁊ post nucem cum amigdala. Et postea dicit q̄ administratio sicce cuz ieiunium adest est mirabilis in uamētī in apiēdo uias cibi ⁊ p̄prie cū nuce ⁊ amigdala cū tñ ei⁹ nutrimentū cū nuce sit pl⁹q̄ cū āigdala. Et cōueniunt utreq̄ ficus in hoc q̄ in ipis ē iflatio

et lenificatio ⁊ expulsio superfluitatum ad cutem et
 prouocatio sudoris et remotio asperitatis gutturis
 ⁊ mundificatio ⁊ lenitio pectoris pulmonis ⁊ canne
 eius ⁊ apertio opilationum epatis renum ⁊ splenis .
 Duodecima res est uua recens .i. uua dulcis et bene
 matura . Pro quo sciendum q̄ uua est triplex . Nam
 quedam est immatura et acerba ⁊ fit ex ea agresta ⁊
 ista stringit ventrē ⁊ coleram rubeaz reprimat atq̄
 sanguinem . Et multum valet in fluxu ventris cole
 rico . Alia est matura viridis et recens ex qua fit vi
 num . Et ista specialiter quando est alba ⁊ sine nucle
 is ⁊ cortice ventrem laxat et ceteris fructibus pluri
 mi et melioris nutrimenti existit sicut et ficus mino
 ris tamen nutrimenti est q̄ ficus vt habet Auicenna
 secundo canonis capitulo de uua . Verum est tamen
 q̄ ventositatem generat ⁊ inflationes et ventris do
 lorem . Et si remanserit per duos dies vel tres post
 collectionem suspensa donec cortex detumescat meli
 us nutrit ⁊ minus laxat nec tantum inflat . Et habē
 tes stomachum plenum cibo ⁊ immunduz malis hu
 moribus nullo modo cōedant uuas et specialiter re
 centes ⁊ sine arillis velociter enī in stomacho immun
 do corrumpunt et in stomacho pleno cibis quia ni
 mis cito digeruntur et non poterunt exire de stoma
 cho post eaz digigestionē . ppter cibū nonduz dige
 stum q̄re tūc in stōacho corrūpūt ⁊ aliuꝝ cibū corrū
 punt . Et similiter etiā intelligenduz ē de aliis fructi
 bz laxat uis . Et si aliquis velit sumere uuā viridē et
 recētē bonū ē q̄ p̄mixt⁹ infundat ī aq̄ frequēti p horā
 ⁊ deinde ponatur in aquam frigidā et post sumatur

Rasis vero tercio alinansoris de vua recenti et specialiter dulci dicit q cito corpus impinguat et augmentat erectionem virge. Et ulterius dicit q illa vua q̄ ē subtilioris coru. i. corticis citiq̄ descendit a stomacho. Illa vero que est grossioris tardiq̄. Alia est vua sicca que passula vocatur et ista licet ponatur et numeretur inter equalia parum tamen caliditati attinet et bene nutrit secūdu Rasin loco preallegato ⁊ confortat stomachum et epar secundum Auicennam loco preallegato ⁊ opilationes remouet. Et dicitur q epar impinguat ex eis et maxime si mūdent ab arillis. Et sic text⁹ p̄dict⁹ p̄t intelligi de vua matura recenti ⁊ de vua sicca q̄ passula dicitur.

**Elina probāt odore. sapore. nitore. colore
Si bona vīna cupis hec quīq̄ pbāt ī illis
Fortia. formosa. fragrantia. frigida. frisca**

In hoc textu ponunt quattuor generalia quibus vīna probant. Prīmū est odor Vīnū enīz boni odoris siue redolens multiplicatiuū ē spiritūū subtiliūz Et secundūz cōstantinū quinto theorice bene nutrit ⁊ bonum sanguinem generat. Vīnum vero fetidum abhominabile est nature humane spiritus grossos ⁊ melancolicos generans ⁊ secundum constantinum quinto theorice malū sanguinē ⁊ capitis dolores ex malo fūo caput ascēdēte generat. Galien⁹ vō terciā regimīs acutoz cōmento p̄rio loquēs de diuersitate vīnoz ex odore dicit quod ex vīno ē boni odoris ē melioris chimi. i. hūoris ⁊ scdm illud ē multitudo q̄ implet ex eo caput quod ē qz ē subtilius et calidius

quod aut ex eis est mali odoris secundum maliciam chimi
 generati ab eo erit paucitas lesionis eius in capite
 quod est quia est frigidius et grossius. Illud autem cui pe
 nitus non est odor non facit omnino aliquid accidere
 in capite quia est vehementer grossum. Secundum est sa
 por sicut enim cibus saporior melius nutrit et melius
 a stomacho amplectitur ut dictum est in sententia pre
 cedenti ita et vinum. Circa istud tamen sciendum est quod vina
 in sapore diuersificantur quedam enim sunt dulcia aliis
 nutritiora grossum sanguinem faciunt et ventrem hu
 mectant ad digerendum dura et sitim generantia. Alia
 sunt pontica siue stiptica stomachum confortant ven
 trem constipant pectori et siue pertinentie scilicet pulmoni et
 cane eius nocua intestinis congrua ad digerendum dura
 Alia sunt acerbata que sunt diuretica. id est urine prouocati
 ua grossos humores non generant sed dissoluentia. Alia
 amara minus calida ut habet constantinus quinto theorice.
 Tercium est nitor siue resplendentia que indicat super subtilita
 te vini et sic ex consequenti super subtilitate spirituum ex
 ipso generatorum. Quare est color Ex parte enim coloris
 vina diuersificantur in nutritione. Vina enim rubicunda
 ora ceteris paribus magis nutritiora sunt albis et ideo
 plus conueniunt macris quam alba. Alba tamen plus conueniunt
 pingibus. Et de ista diuersitate vini ex colore demum
 est prius ibi Quia recetia. Deinde in textu ponuntur que
 que specialia quibus probatur bonitas vini. Primum
 tangitur cum dicitur fortia. Fortitudo enim vini
 cognoscitur ex effectu. Vinum enim forte est quod ca
 lefacit corpus vehementer replens caput secundum
 Galienum commento primo tercię particule regis acutorum

Istud enim vinum maxime spirituum est multiplicatiuum et multum nutritiuum. Caueant tamen ab illo nisi sit limphatum qui sunt debiles cerebri quia magna effumatio ab ipso ad cerebrum ipsorum perueniret et ipsum lederet. Secundum tangitur cum dicitur formosa Vinum enim formosum siue pulchrum quia cum maiori appetitu sumitur melius digeritur et melius nutrit. Tercium tangitur cum dicitur fragrantia. Vinum enim fragrans siue bene redolens maxime confortatiuum est et spirituum subtilium generatiuum ut dicitur est. Quartum tangitur cum dicitur frigida. Nam vinum debet esse frigidum quo ad tactum non autem quo ad effectum Vinum enim calefactum cum sit rariius et subtilius citius inebriat nervos debilitat et caput ledit nisi in modica quantitate sumptum fuerit. Quintum tangitur cum dicitur fresca. Vinum enim bonum debet esse friscum siue leue quod spumando sonum facit et habet spumam tenuem de facili labilem et in medio existentem siue quando in eo mouentur atomi. Vinum enim non istius dispositionis pendulum dici debet et maxime si non sonat vel corpora atomalia non habeat. Vel debet dici debile vel limphatum si spumam habeat cum magnis apulis vel ad latum cyphi spuma diu maneat.

Sunt nutritiua plus dulcia candida vina

In hoc textu ponitur unum documentum de vinitis. Et est quod vina candida et dulcia ceteris paribus plus nutriunt reliquis vinis et istud voluit constantinus loco preallegato et idem vult Avicenna tertia prima ca. de regimine aque et vini ubi dicit vinum quoque

24

grossuz quod ē dulce est meli9 illi qui vult eē pigui9
Et rō est qz vna dulcia vehemēter a mēbris attra
hunt ppter eoz dulcedinez cui natura congauet.
Nā dicit Anicēna scdo canōis tractatu prio ca. ter
cio. Opacōes āc dulcis sunt digestio ⁊ lenificatio ⁊
multiplicatio nutrimenti et natura diligit ipm ⁊ vir
t9 attractatiua attrahit ipm. Et licet iste text9 veri
ficet de oī vino dulci eligibile tñ est vinū moderate
dulcedinis ⁊ nō dulce in summo sicut vinuz qd vul
go muscadellum siue muscadetū dicit qz tale corrup
pit sanguinē. Cui9 rō est qz natura rapit aude tale
vinum a stomacho ad epar priusqz digeratur quod
in eo est utile chilificationi ⁊ āteqz maturet ei9 super
fluitas propter delectationez ei9 maximā in cōnatu
ralitate dulciuz et sic replet sanguinē aquositate in
digesta ex qua redditur aptus ebullitioni ⁊ putrefa
ctioni. Et istud etiā intelligēdū ē de aliis cibis dul
cib9 in summo. Pro maiori noticia sciendū est qz ex
usu vini dulcis ⁊ alioz nutriētium dulciū tria timē
tur nocumēta ⁊ maxie his q ad ea proni sunt. Prī
mum est fastidiuz ppter ea q dulcia suis caliditate
⁊ humiditate leniūt ⁊ applanāt orificium stomachi
inducētia illic dispositionē contrariā in anitioni et
corrugatōi illi9 q sunt cā famis. Scdm ē velocitas
inflāmatōis eoz ⁊ cōuersiōis in colerā. Nā res dul
ces cōuenientissime sunt in generatōe colere. Et pp
ter hoc mel pl9 oib9 rebus generat colerā qm ipm ē
dulci9 oib9 reb9 ⁊ p9 ipm vinū dulce ut h3 Galien9
in cōmēto illi9 canōis tercię pticule regimīs acutorū
Adentē leui9 percutit. Et hinc ē q inducit sitim nec

cōuenit febricitātib⁹ nec etiā colericis ut ibidē dicit
Galienus. Terciuū ē opilatio epatis ⁊ splenis qz dul
cia trahunt ab eis cum fece sua ppter magnāz delec
tationē quā hnt in eis ⁊ maxime epar añqz digerāt
qre illic leuiter inducūt opilatōes cooperāte ad hoc
substācia grossa in q fundat sapor dulcis scdm Au
cennā scdo canonis tractatu p̄rio ca. tercio. Et hinc
ē q vinū dulce min⁹ ē vrine puocatiuuz q̄ alia vi
na. Et otra ista tria nocumēta summe valēt acetosa
qz appetitum sua acetositate prouocant et sua frigi
ditate inflāmationē prohibēt ⁊ subtilitate sue substā
tie opilatōes aperiunt. Notāduz in super q licet vi
na dulcia et alia nutriētia dulcia opilēt epar et sple
nē deopilant tamen ipm pulmonem. Et ratio quare
nō opilant pulmonē sicut epar ⁊ splenem est quia a
dulcibus in transitu suo per mery nil nisi subtile ad
ipm resudat et sanguis genitus ex rebus dulcib⁹ ad
pulmonē venit iam purificatus in epate prius ⁊ in
corde subtiliatus ⁊ istud vult Galienus in cōmento
illius canōis tercię particule regiminis acutorū dul
cis potus. Itē vina dulcia minus inebriāt secundū
Hippocratē terciā particula regiminis acutoz canōe
illo adentē lenius percutit q̄ reliqua fortiora vina
Ex predictis cōcludi p̄t q si bibat vinū rōne nutri
tōis corporis restauratōis ⁊ ipinguatōis sicut con
tingit in his qui macri sunt siue naturaliter siue ac
cidentaliter tunc cōpetunt vina dulcia et grossa suffi
ciēter colorata talia enim vina sunt sufficienter nu
tritua ⁊ deperditi restauratiua ⁊ corpoz ipinguati
ua vñ oueniētiora sunt ad ipinguatōū corpa macra

Et per oppositum si intendamus non nutritionem nec deperditionem restaurationem nec impinguationem ut contingit in his qui sunt multum carnosum et pingues tunc vina subtilia non dulcia sed sapore amabilia odorifera ad albedinem declinata sufficienter fortia eligenda sunt. Si vero detur vinum ad sitis extinctionem tunc vinum album subtile debile est eligibile tale enim vinum magis humectat et infrigidat et per consequens melius extinguit sitim et quanto sitis est maior tanto tale vinum est convenientius. Si vero vinum detur ad spirituum confortationem et reparationem et virtutis confortationem tunc debet dari vinum subtile odoriferum saporis delectabilis mediocri coloris sufficientis fortitudinis et tale vinum debet sumi cum paucis cibis et debet esse depuratum ab utraque superfluitate et debet sumi in paucis quantitate. Si vero intendamus pectoris et pulmonis modificationem et ventris laxationem tunc vina mediocri sibi sapore dulcia sunt magis eligibilia.

Si vinum rubeum nimium quandoque bibatur Venter stipatur vox limpida turbificatur

In hoc passu ponuntur duo nocumenta nimie potationis vini rubei. Primum est quod nimia bibitio vini rubei constipat ventrem id est duos facit secessus seu difficulter habere egestionem. Cuius causa secundum aliquos est quia tale vinum rubeum plus cerevis paribus est calefactivum et magis nutritivum. In quantum enim plus est calidum magis exsiccatur et in quantum magis nutritivum avidius a natura retinetur. Potest tamen textus intelligi de nimia potatione vini rubei.

stiptici aut pontici ex qua stipticat̄ ⁊ cōstipat̄ ven-
ter p̄pter stipticitatez aut pōticitatē vini. Circa is-
tud tñ sciēduz est q̄ si exhibeat̄ vinū ad stomachi et
viscez contētine fortificationē eligem⁹ vina grossa
pōtica vel stiptica rubea vel nigra sicut cōtingit in
habētib⁹ fluxū vētris p̄pter debilitatē contētine sto-
machi ⁊ istud vult Hippocras tercia p̄tula regim̄is
acutoz canōe illo palme⁹ quidē ⁊ niger ⁊ sicut Ga-
lien⁹ i omēto illi⁹. S; si itēdam⁹ confortatōne digesti-
ue cōpetūt vina subtilia vel mediocria in substātia
⁊ colore bōi odoris ⁊ conueniētis saporis ⁊ sufficiētis
vigoris ⁊ aliqualis stipticitatis. Scdm̄ est exaspera-
tio gutturis siue raucedo quaz inducūt aliq̄ vina in-
tēse rubedīs p̄pter eoz siccitatē ⁊ terrestreatē. Et
istud nocumētū etiā cōtingit ex vinis rubeis patrie
brabātie p̄pter eoz stipticitatē ⁊ terrestreatē. Et
maxie qñ musta sunt vina p̄dicta istud nocumentū
scdm̄ cōtingit. Nō tñ primū qz mustū magne rubedi-
nis solet inducere vētris fluxū p̄pter feces suas ter-
restres cū eo mixtas q̄ sui mordicatione mordicat̄ in-
testina ex qua mordicatione flux⁹ ventris causatur
Et tale vinum non debet bibi mustū. i. q̄ diu fuerit
turbidū ⁊ bulliens quia ex quo ip̄m est mordicans
propter suas feces terrestres ab eo etiāz eleuatur fu-
mus mordicans qui ad cerebrum veniens sui mor-
dicitate mordicat̄ oculos atq; rubificat. Et istud
etiā intelligendū est de istis mustis patrie brabā-
tie siue rubeis siue albis propter eoz terrestreatē.
Causa autē quare iste fumus est mordicatus ē qz
vinū a quo dissoluit̄ est mordicatuū. Jam vt dicit

Galienus prima pericula aphorismorum in commento illius
aphorismi et qui crescunt quicquid a qualibet re dissol-
uit ei unum dissoluit necesse est ut assimuletur.

Allea / nux / ruta / pira / raphano / et tyriaca

Hec sunt antidotum contra mortale venenum

In hoc textu ponuntur sex medicine valentes contra
venenum. Piria est alleum quod maxime valet contra nocumen-
ta puerile solentia ex mala aqua et maxime valz contra
potum male aqua de quo dicit serapion in aggregatorio
ca. de eo quod quando sumitur alleum et post bibitur aqua corrup-
ta non nocet aqua illa potati. Et idem innuit Avicenna
secundo canonis ca. de eo et tertia primi ca. de obseruatione
iter agendis a nocumeto diuersarum aquarum. Et istud idem
etiam operatur cepe ut vult Avicenna secundo canonis ca. de
eo et sic potest apprehendi sub alleo / et de eo etiam dicit Avi-
cenna tertia primi loco preallegato quod cepe est ut tyria-
ca malarum aquarum et maxime cum aceto quod cepe est subtili-
atiuum incisuum abstersiuum cum stuppitate et aperit for-
titer ut vult Avicenna secundo canonis ca. de eo. Et est
calidum in tercio quare calefacit malas aquas prohibens
ne sua frigiditate stomacho noceant et subtiliat gros-
sas faciens eas cito penetrare. Et acetum huic permix-
tum vigorat virtutem eius in subtiliatione et penetratione
aquarum et prohibet a siti quam inducere solet cepe co-
mestum. Et eadem ratio verificatur de alleo et ergo etiam
dicit Avicenna tertia primi loco preallegato quod allea
comedenda sunt super aquas grossas et turbidas quod
subtiliant eas / cito descendere faciunt et prohibent
ne stomacho noceant et intestinis et ne venas opilent

Alleum preterea comestū añ iter ⁊ pꝑ hoc ex meliori
bus rebꝫ ē et cōueniētoribꝫ illis qui ueniūt ab aere
frigido ulꝫ qui uadūt ad eū ut innuit Auicēna tertia
prmi ca. de regēdo iter agenteꝫ in frigore ⁊ cōgelatū
Et ex isto sequitꝫ qꝫ alleū multum ualet iter agentibꝫ
⁊ pꝫ diuersas terras eūtibꝫ ⁊ diuersis potibꝫ utētibꝫ
Juxta illud metricuz Allea qui mane ieiuno sumpse
rit ore. Hūc ignotarū nō leuit potꝫ aquaz. Nec di
uersoz mutatio facta locoꝫ. Valet preterea alleuz
ad puncturā uermiū uenenosoz ⁊ morsuz serpentū
qñ bibitꝫ cum uino quod Auicēna scdo canonis ca.
de eo se dicit fuisse expertuz. Et cōfert etiam morsui
canis rabiosi et qñ fit emplastrum ex alleo ⁊ foliis
ficiꝫ ⁊ cimino super morsuz mugali cōfert ut ibidē
dicit Auicēna. Cepe uero secundū Auicennā secūdo
canonis ca. de eo confert etiā morsui canis rabiosi
cum linitꝫ super ipm aqua eius aut emplastratur ex
eo cum sale ⁊ ruta. Et cepe quod comeditur expellit
nocumentum uentositatis uenenosoz. Et dixerūt
quidam qꝫ ipsum generat in stomacho humorem hu
midum plurimum frangentē nocumentū uenenosoz
Notādum est circa istud qꝫ alleuz et cepe et similiter
etiam porrum uia cibi non competunt temperatis
corporibus nec calidis ⁊ specialiter cruda parū eniz
nutriunt ⁊ male nutriunt et generant sanguinez acu
tum ⁊ pungitiuum grossos humores tñ subtiliant ⁊
uiscosos incidunt ⁊ pꝫqꝫ decocta sunt perdūt pūgi
tiuitatē et adhuc remanet virtꝫ incisua ⁊ subtiliati
ua vñd magis cocta cōpetunt qꝫ cruda. Porri enim
sūt calidi ⁊ sicci ⁊ dāt corpori alimētū illaudabile ⁊

oculis nocēt ⁊ generāt sanguinē nigrū et melancolicū
 ⁊ somnia terribilia ⁊ nervos ledunt rōe pūgitiuita
 tis eoz nocēt dentib⁹ ⁊ gingiuis et nullus colericus
 nec melancolicus eis utat⁹ ⁊ specialiter crudis. Cepe
 calide sunt ⁊ habēt humiditatē superfluam terrestrē
 cū humiditate aquosa subtili indigesta. Si comedā
 tur cruda generāt in stomacho humores malos ⁊ pu
 trefactibiles ⁊ corruptibiles ⁊ inducunt somnia ma
 la ⁊ terribilia ⁊ dolorē capitis. Et nimis⁹ vsus earū
 disponit hominē ad memoriā deperdendā ⁊ perturbat
 intellectū ⁊ perducit ad dementiā. Sed si comedātur
 cocte cū aqua laudabiliū carniū⁹ laudabiliter iuuāt
 digestionē ⁊ minuunt⁹ eaz nocumenta ⁊ rēperāt eiba
 ria frigida cui⁹ quib⁹ decoquunt⁹ sed meli⁹ est eis nō
 uti. Allea calida sunt ⁊ declināt ad aliquale humidit
 atē sed min⁹ q̄ cepe valent cōtra vētositatem ⁊ va
 lent in tussi et bene scireare faciunt sed nocent visui ⁊
 dolorē capitis inducunt et sunt tyriaca rusticorū.
 Et sic predicta solum conueniunt his qui fleumati
 cum aut grossum viscosum humorē habuerint. Cole
 rici vero a predictis abstineant. Secunda est nux de
 qua dicit Auicēna secundo canonis ca. de ea q̄ ipsa
 cum ficub⁹ ⁊ ruta ē medicina omnibus venenis ⁊ ex
 ea cum cepe et sale fit emplastrum super morsum ca
 nis rabiosi. Et istud maxime intelligitur de nuce sic
 ca ante cibum sumpta mō predicto. Et circa istud
 ulterius sciendū ē q̄ nuces sicce peiores sunt recen
 tib⁹ et humidis q̄ sicce magis vinctuose sunt rōe e⁹
 in colerā ouertūt⁹ ⁊ inducūt capitis dolorē ⁊ oculos
 turbāt et vertiginez generāt et specialiter sumpte p⁹ or

cibus et lique palissim inducunt et vomitus prouocant et
vesicas in ore faciunt. Et habentis stomachum colericum
maxime debent evitare nuges siccas et quanto antiquiores
tato peiores sunt. Recentes autem minus male sunt quia non
sunt tate vinctuositatis et ideo non generant dolores ca-
pitis aut vertiginem et sibilum sicut sicce et ratione humidita-
tis lubricitatis laxant ventrem et si aliquantulum torreatur
et comedatur pro cibum comprimunt cibum sumptum. Et sic patet
quia nuges recentes sunt magis conuenientes corporibus sa-
nis quam sicce. Tercia est ruta de qua dicit Auicenna secundo ca-
nonis ca. de ea quod resistit venenis. Et propterea subiungit.
Et bibat qui sibi timet ne in potu sumat venenum et pugni-
a venenosis de semine eius potest et in cum foliis suis cum
vino et proprie si bibit cum nuce et bolo omnibus contritis
et mixtis. Et dicit Aristoteles in de animalibus quod cum mu-
stela vult pugnare cum serpente siue cum bufone ipsa co-
medit rutam ut interficiat eum quia odor rute est inimicus ve-
neno vnde comestio rute cum ficibus et amigdalibus dul-
cibus in mane preseruat a veneno. Notandum circa istud
quod duplex est ruta quedam domestica et alia siluestris
Domestica melior siluestri est quia siluestris et maxime
sicca calida et sicca est in quarto gradu quare plurimum
sumere de ea est perniciosum. Domestica vero humida
calida et sicca est in secundo gradu sicca vero in tercio
Et est incisiva resoluciva carminativa vntuositatum et
istud maxime conuenit sicce. Nam dicit Serapion ca. de
ea quod est de rebus magis conferentibus inflationibus. id est
vntuositatibus sed in humida est inflatio. Item ruta ve-
hementer acuit visum et proprie succus eius cum succo fe-
niculi et melle collirio facto ex ea aut coesta ut dicit

Auicēna secundo canonis ca. de ea. Quia tñ in succo
 rute quedā ē bauracitas nocēs oculo/ido ruta p̄t ap
 plicari oculo vētilando ita q̄ solū vapor siue fuma
 lis euaporatio ei⁹ ⁊ nō substātia rute ad substātia⁹
 oculi p̄tigat. Quarta ē pira d̄ qb⁹ dicit Auicēna sc̄do
 canōis ca. de eis q̄ sunt cura fungoꝝ mortificātiū.
 Et qñ coquunt isti fungi cū piris minorat̄ nocumē
 tum ip̄oꝝ. Vel p̄t iste text⁹ verificari de piris aro
 maticis q̄ sui aromaticitate sp̄s confortarēt ⁊ sic no
 cumētum veneni repellerēt. Quinta ē raphan⁹ de quo
 dicit Auicēna sc̄do canōis ca. de eo q̄ cōfert morsui
 vipere et cū vino morsui cornute etiā. Et semē eius
 cōfert venenis ⁊ vermib⁹ venenosis. Et si ponatur
 frustum ei⁹ sup̄ scorpionē morit̄ et aq̄ eius ē expta
 in hoc ⁊ ē fortior. Et si momorderit aliquē⁹ scorpio
 qui raphan⁹ comederit nō nocebit ei. Et cōfert etiā
 prefocatiōē q̄ fit a fungis mortiferis. Vel p̄t dici
 q̄ raphan⁹ valet contra venenum qz prouocatiuus
 ē vomitus ⁊ sic per vomitum stomachus purgat̄ a
 malis humorib⁹ si qui in eo sint. Et circa istud sciē
 dum ē de raphano ⁊ radice q̄ sunt propinq̄ in cōple
 xione q̄ nocent corporibus colericis generant enim
 sanguinem acutum et pungitiuum et raphanus ē ma
 lus stomacho faciens eructuare et generat humorem
 grossum et si digestiua sit debilis generat humorem
 crudum habet tamen virtutem subtiliatuam et inci
 suam. Quidam autē comedunt radicē ⁊ raphanum
 post alios cibos ad cōfortandū⁹ digestiōē de quo
 admirat̄ Galienus. Unde verum ē quod experiētia
 docet ⁊ dicūt sapiētes medici q̄ si comedāt p̄⁹ aliū⁹

cibū iuuāt ad digestionē et descensū ei⁹ ⁊ vētrem la-
xāt sed si comedant aī aliū cibū ipellūt cibū ad supe-
riora ⁊ vomitū inducūt. Bonū est āt⁹ q̄ comedāt cū
aceto ⁊ sale p̄ alios cibos ⁊ in pauca q̄ntitate veruz
ē tñ q̄ oculis nocēt ⁊ capiti. Rāb̄ vō tercio alināforis
dicit q̄ raphan⁹ longā faciēdo morā in stomacho in-
cidit fleuma cui⁹ folia cibū digerunt ⁊ appetitū az
adiuuāt qñ paz sumit de eis. Sexta est tyriaca q̄ a
toto genere valet cōtra venenum et ideo valet tam
rationabilib⁹ q̄ brutis cōtra venemū tā frigidū q̄
calidū. Et sub tyriaca p̄t oprehēdi metridatū quod
simile opat. De tyriaca enī dicit Auicēna sexta q̄r-
ti tractatu tercio ca. p̄rio. Scias q̄ canon maxim⁹
in curatōe veneni ē cōfortatio caloris innati ⁊ exci-
tatio ipi⁹ ad expellēdū sicut facit tyriaca. De tyria-
ca vero ⁊ metridato simul dicit Auicenna sexta q̄r-
ti tractatu p̄rio/ca. d. medicinis cōib⁹ ad venena. Sūt
medicines q̄ cōtrarie sūt veneno q̄re nō permittunt
ip̄z p̄entre ad cor et sūt sicut tyriaca et metridatū

Aer sit mundus habitabilis ac luminos⁹
Neq̄ sit infectus nec olens fetore cloace

In hoc textu notant⁹ quattuor circa ellectionē ae-
ris habitabilis quoz primum est q̄ homo debet eli-
gere aerē mundum id est nō infect⁹ vaporibus qz
aer imundus alterat cor secundum cōplexionē illi⁹
q̄d sibi cōmiscet sicut inuit Haly tercia regni in omē
to illi⁹ canōis. Dīa hec enī q̄c. Scd⁹ ē q̄ hō dēt elige-
re aerē luminos⁹/aer ei turbid⁹ iducit ī corpe tristitiā
⁊ pigritiē qz aer turbat⁹ cōmiscet hūores ⁊ turbid⁹

ad cor puenit quare ex ipso et humoribus grossi et turbidi generant spiritus aiam tristificantes et pigritiam inducentes. Nihil est ergo quod magis iocundum facit hominem atque minus graue quam in claro aere ambulare vel mane surgere. Tercium est quod homo debet vitare aerem infectum cuiusmodi est aer in quo sunt strages contra enim in locis in quibus precessit maxima hominum interfectio sequitur pestis et in locis vicinis. Aer enim infectus quando inspiratur inficit spiritus in nostro corpore. Quartum est quod homo debet vitare fetorem cloace. Et per hoc innuuntur infectiones particulares aeris cuiusmodi est infectio aeris latrinarum vel fouearum coquine vel locorum in quibus proiciuntur cadauera mortua et ossa mortuorum et aeris vicini aque in qua putrescit linum vel canapis. Aer enim taliter infectus inficit spiritus nostri corporis et maxime cerebro nocet. Et hinc est quod dicit Auicenna secunda primi doctrina secunda causa secundo. Et aer quidem dum est reueratus et clarus neque substantia extranea complexionis spiritus contraria ei admiscetur est sanitatem efficiens et ipsam conservans et cum mutat contrarium sue operationis operatur. Et pro maiori declaratione predictorum sciendum est quod aer necessarius est in regimine sanitatis dupliciter primo quidem propter refrigerationem cordis secundo propter expulsionem fumosarum superfluitatum tribulatum spiritum et calorem innatum sicut enim in exterioribus nos videmus quod ignis sine evagatione aeris suffocat et extinguit sic etiam ymaginari debemus quod spiritus et calor innatus indigent aere ipsum nutriente conservante et obtemperante. Obtemperatio igitur caloris innati fit per aeris attractionem et eius

depuratio fit per aeris expulsionē . Primum quidē
fit per motū attractionis ⁊ secundū per motū expul
sionis si igit̄ aer attractus sit fetidus ⁊ impur⁹ cor
rumpit̄ calor et spiritus innat⁹ . Aer igit̄ debet esse
bone substantie cui nō admiscetur aliquid ex vapo
ribus nec fumositate extranea. Non enim debet esse
aer turbidus nec nebulosus nec malis vaporib⁹ ad
mixtus hic enim aer humores conturbat ⁊ animam
contristat vt dictum est. Et debet esse discooper⁹ us
celo ⁊ non inter parietes ⁊ tecta constrictus ⁊ vt sic
ad vnum dicere maxime euitandus est aer inclusus
⁊ non euentatus. Verum est tamen q̄ tempore epy
dimie in quo accidit aeris putrefactio cōis eligend⁹
est aer inclusus. Vnde tēporibus illis bonum est ma
nere in domib⁹ et tenere fenestras clausas ne aer pu
trefact⁹ ingrediat̄ / sed alias aer discoopert⁹ melior
existit. Euitandus ē preterea in regimine sanitatis
aer cui miscent̄ vapores lacuū ⁊ p̄funditatū aquā
putridā cōtinentium ⁊ olerū talium⁹ qualia sunt cau
les ⁊ eruca ⁊ similia et arborū viscosarū malarū qua
les sunt ficus ⁊ nuces. Ampli⁹ eligēdus ē aer in quo
sufflant̄ vēti ex terra alta uel equali. Et multū etiā
solicitari debemus q̄ aer nō excedat in aliqua qua
litate primā scz caliditate frigiditate humidita
te ⁊ siccitate qđ si forsan cōtigerit obtēperet̄ p̄ artes
quātū possibile ē. Et ista colligūt̄ ab Auicēna secun
da p̄mi doctrina scđa ca. diuersis.

Si tibi serotina noceat potatio. vna

Hora matutina rebibas ⁊ erit medicina

In hoc textu ponit vnū documētū ⁊ est q̄ si quis
 male valuerit ex sumptione vini de nocte siue tēpore
 serotino talis in crastino debet iterato sumere vinuz
 Vnde potatio vini nocturna p̄t inducere ebrietatez
 siue sitiz matutinā uel p̄t inducere supercalesfactionē
 corporis. Si vero inducat supercalesfactionē corpo
 ris tunc maxim⁹ error est de mane iteruz sumere vi
 num qz ē addere ignē igni. Si vero hō incurrat ebrī
 etatē cum aliqua nausea tunc de mane bonum ē su
 mere vinuz qz ex sumptione vini de facili tunc pro
 uocatur vomitus ex quo sequitur mundificatio sto
 machi qua mundificatione facta de facili cessat no
 cumētum ebrietatis ⁊ nausea. Et propterea cōsulit
 Hippocras semel in mēse iebriari ut ex ebrietate puo
 cet vomit⁹ qui ē maxime p̄seruatiu⁹ ab egritudib⁹
 cronics. i. longis ⁊ malis. Si etiā ex potatione vini
 nocturna ledat̄ aliquis ⁊ hoc p̄pter incōsuetudinem
 potandi vinū tūc de mane p̄t dcedi vinū ut assuescat
 ⁊ sic min⁹ ledit̄ a sumptione vini. Nō cōsueto enim mi
 nor fit lesio ut vult Hippocras sc̄da aphorismorū ibi
 Ex multo tpe cōsueta ⁊c. Si uero ex potatione vini
 nocturna sequat̄ sitis matutina illa ē mendosa q̄ cu
 rat̄ potatione vini magis tñ sedat̄ potatione aque.
 Et quia iā dictum est de lesione ex sumptione vini.
 Scienduz ē q̄ homo debilis cerebri et etiā cuiuscūqz
 alteri⁹ cōditiōis summopere cauere debet a frequen
 ti ebrietate. Frequēs enī ebrietas sc̄dm Auicēnā ter
 tia primi ca. de regie aq̄ ⁊ vini iducit sex incōmoda
 ī corpore hūano quoz p̄mū ē corruptio cōplexōis
 epatis qz vinū supflue bibituz ad epas veniens vel

superflue resoluit calorem ipsius unde amittit virtutem
sanguificam et loco sanguinis generat aquositates effici
entes ydropisiz vel incedit epa et humores eius unde ge
nerat lepra vel mania. Secundum est corruptio complexio
nis cerebri propter assiduam elevationem fumorum vini ad
ipsum disponendum calidum cerebrum manie et frenesi et fri
gidum epilepsie litargie appoplexie et subeth. Tertium
est debilitas nervorum. Videmus enim bibulos inebriari
solitos tremere caput et membra non solum in senio sed etiam
in senectute et iuuetute quocumque. Quartum est egritudines
nervorum sicut spasmi et paralisis quia vinum superflue
acceptum sepe in stomacho acetum efficit quod valde nocet
nervis. Sepe quoque convertitur ex defectu digestionis in
aquositates indigestas que nervos remolliunt. Et se
pe ducit humores grossos ad nervos quibus distenduntur
vel contrahuntur. Quintum est appoplexia propter humiditates
cerebri multiplicatas a vino ita ut totaliter
opilet vias spirituum animalium a cerebro in membra. Sex
tum est mors subitanea dum scilicet stertendo et dormiendo vie
nuntur multitudinem vini per humiditatem ex eo generatam
clauduntur et ebrii suffocantur. Et licet vinum imoderate sum
ptum predicta inducat nocumeta moderate tamen sumptum me
ta inducit iuuameta. Tergit enim Avicenna ca. pallegato
quinq; eius iuuameta. Primum est quod est bonus cibi penetra
tor in toto corpore. id est facilem efficit penetrationem ci
bi cui immiscetur ad omnia membra suis calore subti
litate et convenientia in proprietate occulta. Secun
dum est quod incidit fleuma et hoc suis calore et subti
litate substantie et resoluit ipsum / ipsum coaptando expulsio
ni vias aperiendo et naturam confortando ad expulsionem

31

Tercium est quod educit coleram rubeam in urina et aliis euacuationibus ut sudore egestionem et resolutionem in sensibili. Et istud intelligendum est de vino subtili sub rubeo vel albo quod vel debile sit ex natura sui vel fortiter limphatum. Alioquin multiplicaret coleram per conversionem ipsius in eam et supercalesfactionem epatis ab eo. Quartum est quod facit melancholiam que grossa est et tardi motus faciliter labi per canales proprios ab epate ad splenem et a splene ad os stomachi et tandem a corpore cum fecibus exire et flectit seu reprimere nocumendum melancholie propter contrarietatem in complexionem et modo substantie et in effectibus. Nam melancholia tristitiam pusillanimitatem et auariciam parit. Vinum vero gaudium audaciam magnanimitatem et liberalitatem. Quintum est quod resoluit omnes modos seu species lassitudinis nisi multa caliditas extranea fuerit eis sociata quia vinum resolutos spiritus habundantem reparat virtutem confortat humiditates relictas in musculis nervis cordis et iuncturis tollit aut minuit. Et si fuerit opus humectatione ut in lassitudine arefactiva vinum velociter humectat dummodo limphetur. Preter autem ista iuamenta plura alia inducit. Vinum enim velociter et subito nutrimentum est vinum calorem et spiritum naturalem confortat et totum corpus calefacit ingenium clarificat iram compefcit tristitiam remouet libidinem incitat. Et super omnes potus semicrudos humores digerit. Et ut sit ad unum dicere vinum reddit hominem virilem et secundum animam et secundum corpus unum ceteris paribus non bibentes vinum sunt effeminati respectu bibentium vinum.

Signis et humores melius vinis meliores
Si fuerit nigrum corpus reddit tibi pigrum
Vinum sit clarum quod vetus subtile maturum
Ac bene lymphatum saliens moderamine sumptum

Hic primo ponitur unum documentum de vino.
Et est quod vinum melius meliores generat humores. Et
causa est quia quanto massa humorum est melior tanto
humores ex ea geniti meliores esse debent. Deinde sub
ditur quod vinum nigrum inducit pigritiam in corpore. Et
causa est quia vinum nigrum grossius et terrestrius est re
liquis ergo spiritus ab eo geniti grossi sunt. Juxta
illam autoritatem Galieni prius allegatam. Quicquid
de aliqua re dissoluit ei unde dissoluitur necesse est ut
assimiletur. Spiritus autem grossi faciunt corpus gra
ue siue pigrum. Deinde ponuntur septem documenta
circa electionem vini. Primum est quod debet eligi vinum
clarum. Tale enim quod subtile est spiritus subtiles et cla
ros generat. Secundum est quod debet esse vetus. id est non no
uum. Nouum enim vinum siue mustum ceteris paribus
facilius inebriat fluxum ventris prouocat atque coli
cam inducit et cetera accidemia posterius dicenda ibi im
pedit urinam. Nec est intelligendum quod vinum debet esse
omnino vetus tale enim secundum Auicennam tertia pri
mi causa de regimine aque et vini est quasi medicina et non
sicut potus. id est magis inest ei virtus alteratiua corpo
ris ad caliditatem et siccitatem quam virtus alterabilitatis
a corpore per opus nutritionis et est pauci nutrimenti
quia est spoliatum a fece et viriditate quam prebabit

et pene igneum factum propter quod in aggregato
re scribitur ca. de vite autoritate Galieni qd est cali
dum et siccum in tercio gradu. Tercium est qd vinum de
bet esse subtile. Subtile enim vinum multos spiritus
procreat atq; subtiles/grossum autem grossos. Quar
tum est qd vinum debet esse maturum et non stipticum. Vi
num enim stipticum abscindit omnes species euacua
tionis. ut vult Galienus in commento illius cano
nis Tercie particule regiminis acutorum Sciendum
etiam qd. et ergo nocet corporibus indigentibus euacu
atione per urinam et omnibus membris superioribus ut
ibidem etiam dicit Galienus. Verum est tamen qd vinum
stipticum conueniens est infirmitatibus accidentibus
in intestinis ut ibidem dicit Galienus et etiam superius dcm
e. Remouet tamen stipticitas a vino per multam comixtio
nem aque ut ibidem etiam vult Galienus. Quintum est qd vi
num debet esse limphatum qd per hoc remittit vinum a
sua fumositate et sic minus inebriat. Et istud verum
est de vino subtile. Vinum tamen grossum si limphet citius
inebriat qd per hoc subtiliat et magis fumosus efficitur
Et de isto vino intellexit Auicenna quoniam dixit tertia pmi
ta. de regimine aquae et vini qd vinum limphatum citius inebri
at quam vinum purum. Sextum est qd vinum debet esse saltes cum
appinat et est vna de conditionibus boni vini prius dic
tis. Septimum est sumptum ex conditione bibentis et non vi
ni et est qd vinum debet temperate sumi qd temperate sump
tum acuit ingenium et inducit iuuamenta prius nar
rata. Ex predictis omnibus concludi potest qd vinum
eligibilius et melius in sanitatis regimine est vinum
medium seu equale inter verustatem et nouitatem e

7 ē clarum ad rubedine trahens bonum habēs odorē
7 equalis saporis quod nec acre nec acutum nec dul
ce sit quod non fumosum nec grossum nec valde sub
tile sed ad subtilitatez declinans quod etiā inter for
titudinem et debilitatē obtinet mediocritatē qđ etiā
nō creuit in saxosis et lapidosis mōtibus nec in ter
ra simpliciter plana et arabili sed in terra mōtuosa
versus meridiez discooperta et in regione nō nimis
calida nec nimis frigida. Et ista partim colliguntur
ex Auicēna tertia primi loco preallegato. Circa regi
men vini quo ad etates notande sunt tres regule q̄s
ponit Auicēna tertia primi loco allegato. Prima est
qđ dare vinū pueris ī potu ē sicut ignē addere igni ī
lignis debilib9 eo qđ pueri uehementer rari sunt 7 d
facili inflāmabiles propter habundantiā sui caloris
innati et sunt debiliū neruorū et debilis cerebri q̄
re leuit eos multipliciter vinum / et inflāmatione fa
cili / et percussione cerebri et neruoz sua penetratiōe
facilima / 7 effumatione copiosa. Euz igitur pueris
vinuz in potu datur calor eius inflāmabilis calori
pueri inflāmabili additur in corpore pueri quod ē
pauce resistentie sicut debile lignuz vel arundo sicca
vel stipula arida ante faciem ignis . Secunda regu
la est qđ seni potest dari vinum in potu quantuz tol
lerare potest sine nocumento scilicet quātum appetit
appetitu naturali et regulato . Sicut enim veteres
ocree aride et rugate renouantur oleo leniuntur et
applanātur sic corpora senum potu vini electi sicut
vini beluensis. Senes enim frigidi sunt 7 a vino ca
lesciunt et habent spiritum tristem et habundant.

in melâcolis sed vinum exhiberat eos ⁊ melâcolias
 reprimit/côiter male dormiunt/vinum vero prouo-
 cat in eis somnū. Ad opilatōes proni sunt quas vi-
 num aperit et eas prohibet. Et sic sicut vinum est
 pueris contrariissimum ita senibus utilissimum.
 Tercia est q̄ vinum temperate dandum est iuueni-
 bus / temperate quidem secundum mensuram quan-
 titatiuam et decentem limphationem. Licet enim iu-
 uenes sunt calidi sicut pueri tamē habēt mēbra soli-
 diora neruos ⁊ cerebrū fortes quib⁹ potēter resistūt
 nocumētis pot⁹ vini. Cōsequūt̄ etiā ex potu vini so-
 brie sumpti iuuamēta plurima videlicet educationem
 colere corporale robur ⁊ ingenii acumē/habūdātūz
 spirituum subtiliū ⁊ paruiorū.

Non sit acetosa ceruisia sed bene clara

De validis cocta granis satis ac veterata

In isto textu ponunt̄ quinque circa electionez cerui-
 sie quoz primū est q̄ debet eligi ceruisia nō acetosa
 q̄ acetosa nocet stomacho. Acetū enim nocet neruis
 secundūz Auicennā in plurib⁹ passib⁹. Jā stomach⁹
 est mēbrum valde neruosum et hoc quo ad ei⁹ orifi-
 ciū. Scdm̄ ē q̄ ceruisia debet eē clara q̄ turbida opi-
 lat atq̄ calculosis nocet nimīū ipinguat ac inflatio-
 nē inducit atq̄ breuitatem anhelitus ⁊ ē multoz fleu-
 matum generatiua. Terciu⁹ est q̄ debet eligi ceruisia
 de bonis granis nō corruptis scilicet de optimo or-
 deo tritico siue auena quia quanto grana sunt meli-
 ora melior ex eis generatur humor. Quartum est q̄
 ceruisia debet esse bene cocta quia melius digeritur

et amicabilius a natura recipit et nocumenta que pro-
ueniunt ex bibitione eius melius tollerantur. Cerui-
sia enim non bene cocta ventositates in ventre indu-
cit tortionem inflationem atque colicam. Quintum est
quod ceruisia debet esse antiqua et a fecibus mundata non
nimium recens. Recens enim ceruisia inducit eadem nocu-
menta que ceruisia non bene cocta et cum hoc de se facillime
inducit stranguriam.

De qua potest stomachus non inde grauetur

Hic ponitur unum documentum circa usum ceruisie et
est quod utens ceruisia debet ea uti temperate sic quod non
grauetur stomachus vel inducatur ebrietas. Ebrie-
tas enim que ex ceruisia provenit deterior est ea que
ex vino est et magis durans cum ex ceruisia fumi et
vapores eleuati ad caput sunt grossi quare minus re-
solubiles sunt quam qui ex vino eleuantur. Et est hic scien-
dum quod in principio prandii vel cene ceteris paribus
utilius est incipere suum potum a ceruisia quam a vino
Cuius causa est quia in principio mensis corpus est famelicum
et sic stomachus ante principium sumptionis cibi
famelicus erat et sic traxit superfluitates a membris.
Si ergo vinum in principio mensis daretur ex quo
natura maxime trahit vinum quia de se maxime nu-
tritium ille superfluitates scilicet a stomacho tracte
simul cum vino ad partes corporis traherentur sed natu-
ra non ita auide trahit ceruisiam. Similiter ceruisia la-
uat humores adherentes orificio stomachi. Et propter
illam causam medici consulant quod in maxima fame debeat
prius prouocari vomitus quam cibus sumatur ut ille

Inpfluitatēs a stōacho famelico tracte euacuet ne cō
 misceāt cū chilo. Silitur timēs siti ex nimia potatiōe
 vini, qz bibere ceruisiā q̄p̄a ei sitiz mēdosaz repmit.
Tēporibus veris modicū prādere iuberis
Sed calor estatis dapibz nocz imoderatis
Autumni fructz caueas ne sint tibi luctus
De mensa sume quantum vis tpe brume

In hoc passu determinat de quātitate cibi sumēdi
 scdm diuersitatē tēporz q̄ttuor anni q̄ sunt ver estas
 autūn9 7 hyems 7 dicit text9 prio qz tpe veris debē9
 modicū prādere. i. paucū sumere cibum. Et idē vult
 Auicēna scda primi doctria scda ca. vi. 7 tertia p̄mi
 doctria quinta ca. de regie tēporz cū rectificatiōe aeris
 Et rō hui9 ē vt ibidē etiā vult Auic. qz tpe hyemis
 p̄pter gulositatē/exercitii puritatē 7 resolutōis p̄bi
 bitionē multiplicāt hūores crudi 7 maxie fleumati
 ci q̄ p̄pter p̄porcionalitatē t̄pis tūc maxie generāt
 7 isti in interiorib9 corporis quoadunāt p̄pter frig9
 circūstās. Ver at supueniēs istos hūores crudos in
 interiorib9 quoadunatos eliquat et facit eos currere
 p̄ totū corp9 q̄re natura tūc multū occupat circa di
 gestionē eoz. Si ergo tpe veris daret magna quāti
 tas cibi natura a digestiōe talium hūoz fleumaticoz
 impediret 7 diuerteret qz p̄ istos hūores 7 magnā
 q̄ntitatē ciboz nimium grauaret. Et sic tales hūores
 i corpe manerēt indigesti/ 7 currētes ad aliqd mēbrū
 illic egritudinez inducerēt. Et ergo summope cauere
 debem9 a magna q̄ntitate ciboz in vere qz dimiutio
 ciborū tali tpe ē vnum de maxime preseruātibus abe3

egritudinibus veris ut vult Avicenna scda primi loco
palleo. Et istud quod deum est maxie veritate habet
de medio et fine veris et non de inicio eius quia incium eius
hyemi assimilant quare tunc homo potest nutriri sicut in hye
me. Et istud etiam intelligendum est quoniam ver invenit corpus re
pletum humoribus fleumaticis crudis. Si enim ver iue
niat corpus tpatuz in humoribus cibis in eo datus est secundum
mesuram caloris inati et resolutionem que fit a corpore quia
tunc ablata est causa que diminueret cibis. Et istud voluit
Propria aphorismorum dum dixit venter hyeme et ve
re calidissimi sunt natura et somni longissimi. In his
igitur temporibus oblatioes plures dante sunt et enim in aris
calor est multus nutrimento igitur indigent ampliori. Secundo
dicit quod nimia sumptio cibi nocet in estate. Cuius causa est
quia tunc tempus digestiva virtus est debilis cum spiritus et ca
lor inati que sunt instrumentum virtutum multum sunt debi
les sparsi et resoluti propter calorem extrinsecum vehemē
tem trahente eos ad exteriora et ergo multum cibis non pos
set digeri. Et circa istud sciendum est quod propter vehemē
tiam resolutionis humiditatum tam substantialium quam nutrimen
taliu corporis in estivo tempore grossior et maior cibis
exhibendus esset si virtus sufficeret ad digerendum tale
et tamen scilicet quia non sufficit una vice multum digerere cibum/
parum et sepe de eo dandum est iuxta illud Galieni pri
ma aphorismorum commento illius canonis. Et qui
bus semel aut bis dicentis. In estate cibus multoti
ens erit dandus et parum multotiens quia indiget
propter sepiusam dissolutionem parum propter
virtutis defectiōem. Et licet in estate parum de cibo
sit dandum multum tamen de potu potest dari cum tunc

resolutio maxima fiat et desiccatio corporis et eleua-
 tio caloris sup humiduz et pluz sicut hō q̄ alio tpe.
 Verum ē tñ q̄ potuz vini et precipue vinosi puri mē-
 nuēdū est qz tale vinum ē faciliter inflāmabile et ca-
 lorē iam acutum estu violento excādescere facit et er-
 go si bibat vinuz miscenda est multa aqua et dimic-
 tat vinum vetus et forte. Tercio dicit q̄ in autūno
 debemus cauere a fructibus saltem illi9 tps ut uuis
 persicis ficub9 et similib9 vel saltē non multū de eis
 comedere quia tales fruct9 generāt sanguinē dispo-
 situz ad putrefactionē ppter ebullitionē quā in cor-
 pore et humorib9 faciūt et maxime si fuerint in stōa
 cho imundo vel in cacochimico corporecepti q̄le cor-
 p9 in autūno sepi9 occurrit. Et sic male tūc accidunt
 egritudines scz variolę morbilli et pestilentes. Pro
 maiori tñ noticia regimīs cibi et potuz tpe autūni sci-
 endum ē q̄ tpe autūni debet euitari fames et sitis et
 repletio multi cibi in vna hora ut vult Rasis q̄rto
 alināforis ca. de regimie corporis scdm tpa. Vinuz
 p̄terea quod bibit tpe autūni vehemēter ē limphā-
 dum ut corp9 humectet et calorē reprimat s3 nō sup-
 flue debet limphari in tñ quātuz in estate neqz super-
 flue debet tūc bibi qz tunc natura debilitata nō suf-
 ficeret ipm regere et digerere et nimis limphatuz calo-
 rē obtūderet et multiplicaret vicositates quib9 coli-
 ca generari possz. Quarto dicit q̄ tpe hyemali debe-
 m9 sumere cibū tñ quātum volum9. i. pluz ceteris
 tpi9. Et idē vult Auicēna tertia primi loco prealle-
 gato et Galien9 in cōmēto illi9 āphorismi prime par-
 ticule āphorismoz. Et quib9 semel aut bis ubi dicit ex

In hyeme multus cibus et paulatim est dandus. Et robur est quia calor nostri corporis in hyeme est fortissimus / tum quia unicus. Tum quia fortificatus per antiparistasim. id est iuxta positionem sui contrarium videlicet frigiditas aeris nostra corpora circumdantis. Et istud verum est in corporibus robustis et carnosissimis et non in raris et debilibus quia in talibus corporibus frigus intus in hyeme non confortat calorem sed magis debilitat. Et istud innuit Hippocrates prima aphorismorum dicens Ventres hyeme et vere calidissimi sunt natura et somni longissimi. In his ergo temporibus oblationes plures dande sunt etenim innatus calor est multus nutrimento igitur ampliori indiget. Et ex isto etiam sequitur quod nutrimenta grossiora et durioris digestionis conveniunt hyeme quam aliis temporibus quia calor est fortior. Vinum autem quo utendum est hoc tempore debet esse roseum non album cum aqua pauca. Notandum hic quod licet consideratione habita ad fortitudinem caloris et digestive virtutis in hyeme grossiores et densiores cibi conveniant quia tamen corpora tunc disposita sunt ad opilationes et repletiones ex fleumate plurimo nec ab eis resolutio multa fit a continente tunc est uti tunc mediocribus cibis inter solidum et rarum / grossum et subtile sicut carnibus edendi vituli in utonis lucis percis et cancris. Et utentibus grossioribus cibis ut boue porco ceruo conchis ostreis carpis et similibus expedit ut unica comestione in die contententur vel utantur sepe rebus diureticis et aperitivis ut petrosilino nasturtio apio et similibus et forti utantur exercicio.

Salvia cum ruta faciunt tibi pocula tuta

Adde rose florem minuit potenter amorem

In hoc passu ponuntur duo remedia corrigentia potum malum quorum primus est salvia cuius folia imposita potui corrigunt maliciam potus sua proprietate et etiam in se habent virtutes confortandi nervos et cerebrum quibus confortatis melius resistunt malis fumis recipiendis qui proveniunt ex malo potu. Secundum est ruta cuius etiam folia integra absque eorum alia contritione debent potui imponi quia sua caliditate et proprietate corrigunt maliciam potus. Et de ruta quod valde contra venenum prius dicitur ibi Allea nux ruta. Postea subdit textus quod istis duobus predictis potest addi flos rose. Et hoc maxime debet intelligi de rosa rubra quia sua aromaticitate existente in eius superficie et similiter sua stipticitate corrigunt maliciam potus.

Nausea non poterit quemque vexare marina

Antea cum vino mixta si sumpserit illam

In hoc textu ponitur unum remedium contra nauseam siue vomitum provenientes transfretantibus non consuetis dicens quod ille qui debet transfretari antequam nauez intret debet aliquibus diebus miscere aquam marinam suo vino. Et istud est remedium pro divitibus. Quod si pauper fuerit debet potare aquam marinam ut facilius nauseam evitet. Et causa huius est quia aqua maris salsedinem habet et sic sua salsedine et stipticitate que consequitur salsedinez officium claudit et per hoc vomitus impeditur.

Et circa istud est notandum quod sicut vult Auicenna ter-
cia primi ca. de regimine iter agentis in mari / viator
in mari non debet multum conari retinere vel compe-
scere a principio nauseam vel vomitum sed dimittat vo-
mitus ipsius continuari donec per ipsum fuerit bene
purgatus hoc enim preseruat a multis egritudinibus
et non dum preseruat immo etiam curat vel alleviat
graues et magnas egritudines ut lepram ydropisim
apoplexiam frigiditatem stomachi et eius inflationem
put vult Auic. tertia primi doctrina secunda ca. scdo
Si tamen vomitus viatoris in mari supfluxerit sic quod ve-
hementer debilitet ipsum restringendus est comestione fruc-
tuum stipiteorum et acetosorum sicut sunt citronia et ma-
ciana acetosa vel poma de capeduto et mala grana-
ta acetosa quibus officium stomachi confortatum depel-
lit humores inferius et stomachus etiam confortatus ab
his humores repellit effluentes ad eum ex agitatione ab
vndis. Vel potest semine apii torrefactum bibi cum vino vel
absinthium potest comedi aut bibi. Et similiter panis assatus
et infusus in vino bene redolente comestus valet ad idem. Et
vniuersaliter valet nutritio viatoris in mari ex cibis
acetosis confortantibus os stomachi et prohibentibus vapo-
res et fumos ascendere ad caput sicut sunt lentes cocte
in aceto vel in succo vire acerbe.

Salvia. sal. vinum. piper. allea. petroselinum
Ex his fit salsa nisi sit commixtio falsa

In hoc textu ponitur modus faciendi salsamentum
commune si in mensa deficiant salsamenta specialia. Et pro
illo ponuntur quinque ex quibus potest fieri salsamentum

Primum est salvia qua fit condimentum in assatione
 auce siue decoctione. Vniuersaliter enim auce assate
 siue porcelli salvia implentur vt humiditates super
 flue siue viscositates extrahantur et odor saluie au
 tis aut porcellis immaneat. Post assationem tamen
 salvia eici debet et non comedi. Similiter ex salvia
 fit condimentum comestibile a rusticis vel comunibus
 in comestione auce / terunt enim alleum cum salvia
 ad auferendum aliquo saporis allei. Secundum est
 sal cum vino et est salsamentum diuicium siue nobilium.
 Ipsi enim deficiente sinapio vel veruto ponunt in sal
 sario vinum cui modicum salis admiscet. Tercium est pi
 per et est salsamentum rusticorum. Comiscet enim piper cum
 fabis et pisces. Similiter etiam ex pane asso cum ceruisia
 vel vino et cum pipere fit salsamentum nigrum ad modum
 pulvis quod piper dicitur et hoc supereffundunt carnibus
 aut piscibus. Quartum est alleum ex quo etiam fit salsamentum
 rusticorum / miscet enim cum molli caseo et lacte terendo
 alleum et sic comedunt cum cibo siue asso siue elixo siue
 salso siue dulci et cum ouis duris. Quintum est petro
 silinum ex cuius foliis contusis cum veruto vel albo
 vino fit viridis salsa cum assis comestibilis. Et circa
 istud est notandum quod salsamenta siue salse diuersificantur
 primo secundum tempora. Temporibus enim calidis declinet sal
 se ad frigus vel paucam caliditatem / temporibus vero frigidis
 e contrario. Materia igitur salsarum in estate sit verutum
 vel agresta de summitatibus vitis vel acetum / succus
 limonum vel citrangulorum vel granatorum cum zuccara
 et aqua rosarum. Et interdum in salsis que fiunt in
 estate potest addi aliquantulum serpilli et petrosilini

ad obtemperandum frigiditatem predictorum. Materia
vero salsa competenti temporibus frigidis sunt sina-
pius eruca zinziber piper cinamomus garofili allea
salvia menta serpillum et petroselinum viuus aqua carni-
um acetum non forte sed propinquus nature vini. Et in tem-
poribus mediocribus sunt mediocris caliditatis et fri-
giditatis. Secundo diuersificantur ratione cibarium
pro quibus fiunt. Nam alia et alia cibaria indigent aliis
et aliis salsis sicut sciunt dominorum cocci. Autonum
enim et similiter vitulorum et capriolorum salsa conue-
niens est salsa viridis. In estate quidem ex aceto et
agresta cum paucis speciebus et sine alleis cum petrosilino
zinzibere albo et agresta et pane asso infuso in aceto
vel agresta. In hyeme fit eadem salsa cum pluribus spe-
ciebus et paucis alleis et optimo vino et pauca agresta
vel potest sufficere sinapium et eruca. Salsa autem pro
carnibus bouinis elixis est piper bullitum quod fit
ex pipere et pane asso et aqua carniuum et pauca agres-
ta et ista eadem salsa est satis conueniens carnibus porci-
nis in hyeme. Possunt etiam carnes porcine comedi
in estate cum aceto et petrosilino in principio refectio-
nis. Si autem predictae carnes pastillentur et speciali-
ter bouine et porcine in hyeme quidem apponatur ce-
pe album cum puluere specierum dulci in parua quan-
titate in estate vero sine cepis et cum veruto vel pos-
sunt apponi cepe parue et in parua quantitate. Si
autem pastillatura sit ex carnibus subtilioribus non
apponatur cepe sed in estate lac amigdalorum cum
veruto et paucis puluere specierum dulcium et in
fine potest apponi ouum conuassatum cum

agresta sed in hyeme loco agreste ponit' vinuz ⁊ pl⁹
 de speciebus. Assature at cuniculorum et pullorum iu
 uenum cōueniens est salsa in qua est cinamomum et
 mica panis cuz agresta quidem in estate ⁊ cum vino
 in hyeme. Assature aut porci salsa conueniens est li
 quor descendens conquassat⁹ cuz optimo vino ⁊ ce
 pis in hyeme et in estate viridis salsa superius no
 minata. Assature autem fasianorum et columbar⁹ et
 turturum nulla alia salsa indiget nisi sale. Caponuz
 autē ⁊ gallinaruz elixator⁹ cōueniens salsa est aqua
 decoctionis eorū cum aliquātulo pulueris specieruz
 dulcium ⁊ precise si in predicta decoctione addatur
 saluia yfopus petroselinum ⁊ hoc in hyeme ⁊ in esta
 te sufficit sola aqua cum aliquantulo succi summita
 tum vitis. Sed pro salsa caponum ⁊ gallinarū pin
 guum pastillandorum nihil penitus est apponenduz
 nisi aliquantulum pulueris specierum et in fine agre
 sta supradicta in estate/optimum vinum in hyeme.
 Misces vero quāto sunt grossioris carnis ⁊ difficili
 oris digestiōis ⁊ maioris supfluitatis ⁊ hūidioris
 nature tāto indiget falsis calidiorib⁹ ⁊ acutiorib⁹ ⁊
 hoc etiā verū ē in carnib⁹.

Si fore vis sanus / abluere sepe manus

**Lotio p⁹ mēsam tibi cōfert munera bina
 Mūndificat palmas ⁊ lumina reddit acuta**

In hoc textu ponuntur due cōmoditates proueni
 entes ex lotionē manū p⁹ cibū sumptū priā ē q² p
 hoc palme manus mūdantur / secunda ē q² reddit lu
 mina acuta .i. prodest oculis ⁊ hoc maxime p accidēs

qz man9 sunt instrumēta mūdādi oculos q̄re mltuz
cōfert eas esse mūdās. Et de istis cōmoditatib9 dcm
ē etiā pri9 ibi Lumina mane manus .

Panis nō calidus / nec sit nimis iueterat9
Sed fermentatus. oculat9. sit bene coctus
Modice salit9. frugibus validis sit elect9
Nō cōedas crustā colerā qz gignit adustā
Panis falsatus. fermētatus. bene coctus
Purus sit san9. qui non ita sit tibi vanus

In hoc textu ponunt̄ duo vitāda circa electionez
panis / primum ē caliditas. Nō enim debet panis co
medi calidus. Panis eniz calidus ē humane nature
nocuus Juxta illud Avicenne s. do canōis ca. de pa
ne dicētis. Nō comedat̄ calidus sicut ē. Panis eniz
calidus nō est apud naturaz receptibilis ⁊ acceptio
eius qui ē de furno et reliquoz sibi similiū est ma
la. Et ratio est quia talis panis multum opilat. Et
postea iterum dicit Avicēna panis calidus sitim fa
cit sua caliditate et natat propter suā humiditatem
vaporosam ⁊ est velocis digestionis et tarde descen
sionis. Et quāuis iste panis calid9 non cōueniat in
regimine sanītatis quo ad esum / odor tñ panis cali
di multum cōfert / resuscitat eniz sincopizantē ⁊ pos
sibile ē aliquos hōies viuere ex odore panis calidi
Scdm ē qz nō debem9 comedere panē diu pistuz siue
musciū qz talis panis nō ē cōueniēs p nutrimento
nature hūane exsiccāt enim corp9 ac hūores melāco
licos generat. ⁊ ex isto relinqt̄ qz pāis nō d3 eē calid9

nec vetustate induratus s; priori die coctus . Post
 ea in textu ponuntur quinque cōditiones panis elec
 ti quaz prima est q; panis debet esse fermentat9 be
 ne. Et istud vult Galien9 prio alimētoꝝ ca. scdo di
 cēs. Optimi aut panum p digestionem sunt q; maxime
 fermentati 7 q; affationē habuerūt a omēsurato igne i
 clibano. Et itez eodez ca. dicit qui vero penit9 infer
 metat9 ē nulli utilis ē. Et scdm Auicennā scdo cano
 nis ca. de pane. Panis habēs paz fermenti plurimi ē
 nutrimēti s; ei9 nutrimētū opilat nisi illos qui sunt
 plurimi exercicii. Scda ē q; panis debet eē oculatus
 .i. peros9 per hoc denotat q; viscositas ei9 ē ablata
 Veruz est tñ q; iste panis scdm Auicennā loco p alle
 gato velocis ē penetratōis 7 mioris nutrimēti 7 dete
 rioris sicut ē panis opir9 qui est plurimi furfuris .
 Tercia ē q; panis debet esse bene cott9 q; panis ma
 le coct9 male digestiōis ē 7 stomacho grauedinē af
 fert. Et Auicenna scdo canonis loco p allegato dicit
 Et ille qui nō bene decoquit est plurimi nutrimēti s;
 ei9 nutrimētum opilat nisi illos qui sunt plurimi ex
 ercicii. Et panis de patella est hui9 generis / ei9 nāq;
 ps interior raro decoquit bene. Quarta ē q; pāis d;
 eē tpace salit9. Nimiū enī dulcis opilat et nimiū sal
 s9 exsiccāt Adoderate tñ sals9 optimū nutrimētū p b;
 dū tñ cetera cōditōes assint. Quita ē q; sic fact9 ex op
 timis granis viz ex optio tritico 7 sana messe collec
 to. Dein subdit text9 q; nos dēm9 cauere ab esu cru
 ste pāis q; illa generat colerā adustā; siue humorem
 melācolicū ex quo eniz tpa adusta 7 sicca ē hūior ab
 ea gēit9 adust9 erit 7 sicc9 p pteā nobiles q; natura

colerici sunt deponere faciunt superiorem crustam panis ac inferiorem quos ymitant prelati ac deliciofi. Eligat igitur mica panis que est melioris maioris et velocioris nutrimenti quam crusta. Verum est tamen quod aliquando conuenit sanis habitibus stomachibus humidum et uolentibus demacerari et in fine comestionis plus competat. Inueniat enim cibi descensum et confortat orificium stomachi. Postea in duobus ultimis uersibus innuitur quod panis bonus debet habere istas quinque conditiones scilicet quod sit saluus fermentatus bene coctus purus id est de mundis granis et sanus. id est de granis sana messe collectis. Et istas conditiones partim innuit Auicenna loco preallegato dicens. Oportet ut sit panis mundus saluus massam habens coactam fermentatus coctus bene et una nocte permanens. Et circa istud est sciendum quod si querat nutritio maior et prior mundificet panis a furfure et si uelimus uentris subductionem aliqualem dimittamus aliquam partem furfuris / furfur enim parum nutrit et uentre subducit et farina e conuerso.

Est caro porcina sine uino peior ouina

Si tribuis uina tunc est cibus et medicina

In hoc textu comparat autor carnes porcine carni ouine dicens quod caro porcina sine uino minus sana est ouina tamen si caro porcina sumatur cum uino ipsa est optimum nutrimentum et medicinam prebens quia multum humectat et hoc intelligendum est maxime de porcellis assis siue de apris optime preparatis. Et circa istud est sciendum quod carnes porcine quibus rustici

et communes utuntur quando videlicet sunt false vel
sole vel fumo exsiccate nullo modo saniores sunt car
nibus ouinis ceteris paribus siue cum vino siue sine vi
no sumatur. Sed istud dictum veritatem habet de car
nibus porcullorum affatorum vel de carnibus apri
nis modo predicto.

ylia porcoꝝ bona sunt/ mala sunt reliquoru

In hoc textu comparantur omasa porcoꝝ omasis re
liquoꝝ brutorum et dicit textus quod omasa porcorum .i.
intestina preualent quo ad esum intestinibus aliorum bru
toꝝ. Cuius ratio potest esse ista quod pauca intestina comedi
mus nisi illa que replentur sanguine vel que sunt animalium mel
tum pinguium cuiusmodi sunt porci. Nam solum sanguis
porci propter suam complexionem et similitudinem complexion
is cum natura humana est sanguis quo omasa siue inte
stina implentur. Et similiter porci facilius pinguantur
aliquid aliorum brutorum ideo magis sumimus intestina
porci quam aliorum brutorum.

**Impedit urinam mustum .soluit cito ventres
Epatis emfraxi. splenis . generat lapidem que**

Hic ponuntur quinque uocumeta puenientia ex pota
tione noui vini vel musti. Primum est quod mustum impe
dit urinam et hoc potest intelligi dupliciter primo quod
mustum grossum propter suam grossitudinem ex fece
admixta opilat ipsum epas siue ipsos renes sic quod uri
na de facili non potest habere suum cursum/ secundo impedit urinam
quo ad debitum eius modum sicut facit mustus renem ali
quod et quodam alta uina subtilia sicut quod est aliquid mustum
renem cuius feces sunt mordicantes et dum ipsum uenit in

vesica ille partes terrestres nitrose mordicāt vesicā
7 cogunt urinare sine ordine debito et mō cōsuetō .
Scd̄z ē q̄ soluit ventrē . Et rō ē qz abstergit viscera
nitrositate sine faldēie sue fecis 7 stimulat ea ad ex
pulsionē priō p̄pter mordicatōnē fecis / sc̄do p̄pter
multitudinem ventositatis quā inducit tale vinuz
sive mustū / tercio lubricādo cito inferi9 per viā indi
gestibilitatis et grauaminis stomachi q̄re stomach9
se relaxat 7 porta narū oppressus aperit . Terciū est
q̄ mustū nocet bone cōplexioni epatis qz opilat ip̄z
propter imixtionē plurimam sue fecis 7 p̄ducit ad
dissintēriaz epaticā propter inflationē ei9 qua debi
litat epar . Et istud vult Auicēna tertia primi ca . de
regimine aque 7 vini . Et sic etiā inducit cacheciam
sive malam dispositionem coloris et malas inducit
egritudines epatis sc̄z diuersas species ydropisis .
Quartū est q̄ mustū nocet spleni 7 dispositioni eius
propter eandē causam que dicta est de epate qz opi
lat splenem 7 sic inducit duriciem eius . Quintuz est
q̄ mustum generat lapidē 7 maxime illuz qui in re
nibus est qui rubeus est de facili frāgibilis cā opila
tionis quam facit 7 grossitudine sue substantie . Et
istud verum est de musto vinorū multum dulciū nō
habente feces nitrosas 7 mordicantes . Mustū enīz
habens feces nitrosas 7 mordicātes magis impedit
lapidē quia multum facit urinare sicut mustū ali
quod renense facit apparere arenulas in vrina sive
grauellam quia facit multum urinare . Multa enim
vrina sua lotionē abstergit arenulas adherētes que
cum ea expelluntur .

Potus aque sumptus fit edendi valde nocivus
 Infrigidat stomachum quod cibum nititur fore crudum

Hic ponuntur duo nocumenta provenientia ex potu aquae
 et hoc quo ad edentem. Primum est quod potus aque nocet sto-
 macho edentis. Cuius ratio est quod ipsum infrigidat et relaxat
 et maxime deicit appetitum cibi. Secundum est quod potus aque cum
 sumitur cibum impedit digestionem cum cibum sumptum incru-
 det. Et istud vult Avicenna tertia prima causa de regimine
 eius quod comeditur dicens neque post ipsum scilicet cibum multa
 bibenda est aqua quae inter ipsum scilicet cibum et corpus stoma-
 chi separationem faciat et ipsum natare faciat. Et ca-
 de regimine aquae et vini dicit. Et cum natura in dige-
 re non nutriens studeat facietate aquae iam praecedente suffici-
 enter. id est si praecesserit satietas aquae sufficiens ad bonam
 cibi permutationem aqua vehementer est impediens supple-
 digestionem inchoatam. Et idem vult Avicenna secunda can-
 tice tractatu primo causa quarto dicens. Est etiam vitiosus po-
 tus aquae in mensa nisi ratione adhaerentis et tarditatis
 descensus buccelle. Non est etiam sumenda aqua cum
 cibo. Et Averroys in commento ait. Causa quidem hu-
 ius est quoniam cum sumitur aqua super cibum priusquam sto-
 machus calefecerit ipsum infrigidat ipsum et incrudat.
 Est etiam causa quare supernatet cibum sumptus in sto-
 macho et quare etiam non adhaereat et uniat eadem quod
 coherat ipsum sicut exigitur. Actio namque stomachi super
 sumptum cibum fit conterendo coquendo simul vel si-
 cut cum infunditur simul et in magna quantitate
 aqua in olla propter quod tardatur cibi decoctio
 in eadem sic etiam contingit idem ipsi stomacho.

Et istud maxime verificat de potu multe aque. Ad
modica enim quantitas aque frigide sumpta
potest concedi ante descensum cibi ut per eam compleat
cibi descensus ad inferiora et hoc si sitis infestauerit
et bibere coegerit. Nam modica quantitas aque frigi
de predicto modo sumpta stomachum alleviat et colligit
Alleviat quidem a siti / alleviat etiam cooperando ad des
censum cibi. Colligit autem sua frigiditate coadunans par
tes stomachi. Et istud colligitur ab Avicenna locis per
allegatis. Notandum quod quamvis in sitis extinctione
aqua sit convenientior potus quam vinum tamen omni
bus consideratis vinum est potus convenientior in
regimine sanitatis quam aqua. Nam dato quod in sitis re
pressionis que est appetitus frigidi et humidum aqua uni
versaliter melior sit quia frigida et humida naturali
ter tamen in cibi permixtione et eiusdem delatione ad
partes corporis extremas vinum prevalet aqua. Nam
vinum ratione sue subtilitatis in substantia et actione
subtilius cibi permiscetur et specialiter quia natura
magis in eo delectatur ideo citius attrahit ipsum et ali
is cibi permiscet et specialiter quia hec mixtio fit per
viam cuiusdam ebullitionis quam vinum magis iuuat
ratione virtualis caliditatis et aqua impedit ratio
ne frigiditatis. Et sic patet quod vinum prevalet aqua
in ciborum permixtione. Et similiter prevalet in eo
rursum delatione. Nam vinum est optimus penetra
tor quod ei debetur ratione subtilitatis sue substan
tie et ratione caliditatis virtualis / subtilia enim et
calida multum sunt penetrantia et per consequens vi
num est magis delatum quam aqua in qua nihil est

virtualiter calidum nec substantie aereitatis nec igne-
 itatis unde aque mora transeundo impedit omnem
 cursum. Amplius aqua ex alio non est potus ita con-
 ueniens sicut vinum quia aqua impedit alimentum nu-
 trire eo quod non nutrit quare illud utique minus nutrit
 unde quanto cibum est magis aquaticus tanto est minus
 nutritiuus. Bonum est igitur quod vinum permisceatur cum
 cibo quod solum non impedit nutritionem immo multum
 iuuat quia vinum est maxime nutritiuum et maxime restau-
 ratiuum et velocissime nutrit ut prius dictum est. Nota-
 dum insuper quod non solum nocuum est potus aque edenti
 siue sumentis cibum immo in pluribus aliis casibus no-
 cium est quos narrat Auicenna tertia prima ca. de regie
 aque et vini. Primo enim inconueniens est in homine ieiuno
 tunc enim libere penetrat aqua bibita nullo retinaculo
 impedita usque ad intima membrorum principalium mortifi-
 cas suum colorem innatum. Et istud est verum de homine vere
 ieiuno ebrius enim quicquid proficit neque ledit ipse si ieu-
 num bibat aquam quia ieiunus ebrius non est omnino ieiunus nec
 est in stomacho vacuus sed adhuc habet reliquias ali-
 quas besterne crapule quarum nitrositas aqua mitigat et
 stomachus ab his per aquam abluatur et repressis vaporibus
 et fumis preparatur stomachus ad receptionem noui nu-
 trientis. Secundo inconueniens est in homine exercitato forti
 exercitio et similiter statim post coitum. Nam tunc
 pori corporis sunt multum aperti quare penetrat aqua
 in profunda membrorum mortificans calorem innatum
 qui post coitum etiam debilitatus est. Tercio inconueniens est
 post balneationem maxime cum fit hec balneatio ventre vacuo
 tunc enim vie sunt vehementer aperte quare leues penetrat

aqua ut dicitur e. De isto potu aque dicit Auncena se-
xta q̄rti summa s̄da ca. ultimo. Ex potu illi⁹ in ieu-
nio et p̄ balneū ⁊ p̄ coyū tunc corruptio cōplexi-
onis ⁊ ydropis̄is. Quarto icōueniēs ē bibere aquam
frigida causa obediendi siti nocturne mēdose q̄ acci-
dit in crapulatis ⁊ ebris. Nā p̄ potuz aque frigide
p̄hibent̄ resolutio ⁊ digestio humoris falsi vel for-
tis vini vel alterius acuti faciētis sitim et sic cito p̄
potum reuertit̄ sitis ita fortis ut ante. Sed si vebe-
mens affuerit sitis nimū vexās ⁊ inquietās nec suf-
ficiat aeris inspirati frigiditas nec ablutio oris cū
aqua frigida bibat sitibund⁹ aquā frigida cū vase
stricti orificiū siue gracilis rostri quatenus aqua p̄
lix⁹ detur super orificiū stomachi fortius sitiz miti-
get ⁊ de ea min⁹ sumatur ne digerendoz digestionē
penit⁹ impediat. Quinto generaliter maluz est sanis
bibere multam aquā frigida qz extinguit calorem in-
natum et peccus offendit et stomachi appetitum dei-
cit ⁊ mēbris omnib⁹ neruosis obest. Verum ē tamē
q̄ aqua temperate frigida aliquādo p̄ accidēs appe-
titū excitat ⁊ stomachū fortē efficit coadunādo ipz
⁊ strigendo villos eius.

Sunt nutritiue multum carnes vituline

In hoc passū autor laudat carnes vitulinas di-
cēs q̄ carnes vituline multū sunt nutritiue. Et istud
innuit Auncena tertia primi ca. de regimine eius qd̄
comeditur ubi vult q̄ cibus sanitatis conserati⁹
debet esse talis quales sunt carnes quia sunt similis
nature prius ap̄te fieri sanguis et maxime carnes.

edorum et vitulorum parvorum lactantium et agnorum
 annalium. Et istas carnes vitulinas summe laudat
 Galienus tercio alimentorum ubi vult quod carnes vitu-
 li lactantis sex ebdomadarum vel octo astate sanio-
 res sunt mutoninis facilis enim digestionis et multum
 nutritive sunt. Et de istis carnibus vitulinis etiam
 prius dictum est.

Sunt bona gallina capo turt sturna columba
 Quiscula vel merula phasianus ethigoneta
 Perdix friggellus oryx tremulus amarellus

In hoc passu ponuntur carnes eligibiliores pro
 nutrimento nature humane animalium volatilius et
 enumerantur quattuordecim aves quarum carnes bone
 sunt pro nutrimento hominis. Prima avis est gallina
 cuius esus siue comestio nature humane conveniens
 est. Haly enim Avicenna Avicenna et Avicenna ut dicit
 consiliator pre ceteris laudant que pullorum carnes
 et maxime galline que nondum peperit et galli que
 nondum calcavit. Sunt enim facilis conversionis in
 sanguinem et superfluitatum paucarum proprietatem mira-
 bile habentes in temperando complexionem et humores cum bro-
 dium optima leprosis est medicina. Et de carne gallinarum
 dicit Avicenna secundo canonis ca. de gallinis et gallo quod
 caro gallinarum que sunt pulle in intellectu augmentum
 efficit clarificat vocem et augmentat sperma. Et meli-
 or gallina secundum eum ibi est que nondum parit ova.
 Secunda avis est capo siue gallus castratus cuius car-
 nes ponit consiliator differentia sexagesimo octava inter
 laudabiliores carnes. Et carnes istas et sili pores

digerit stomachus a proprietate. Tercia avis est tur-
tur que etiam est boni nutrimenti et bonum generans humo-
rem. Cuius carnem Avicenna secundo canonis ca. de carne sum-
me laudat dicens. Volucris quidem caro melior non est
quam alduragi. i. turturis et gallinarum et subtilior earum et
non sunt cum nutrimento carniu alcubegi. i. picium et
Quarta avis est secundum aliquos est sturnus et ista avis de-
bet comedi in iuuentute et est avis nota teuthonice een-
sprette. Secundum alios est starna quam Rasis tercio
alinansoris pre ceteris volatilibus laudat dicens star-
ne caro omni carne avium leuior inuenitur atque his que
subtili volunt custodiri regimine convenientior. Et potest
per starnam intelligi avis magna velut anser grisea
cinerea cuius caro laudabilis est maxime cum iuuenis
fuerit et isto modo intelligit alinansor preferens istam
carnem aliis. Vel potest per starnam intelligi maneries
picis parue quam Moyses videt intelligere iudeis
inquiens similiter starne non videntur pro domino nos-
tro quia ventrem constringunt. Et istam proprietatem
alii attribuunt picibus carnes enim ipsarum ventrem con-
stringunt teste Rasi tercio alinansoris. Quinta avis est
columba que est avis nota cuius caro est colerica. Et de
colubis dicit Rasis loco preallegato. Colube vehe-
mentis sunt caliditatis que sanguinem inflammantur ge-
nerant et cito febricitare faciunt. Et ergo aptius co-
lube comedi debent in pastillis cum vis acerbis quam as-
sari. Per vias enim acerbis auferunt caliditatem quam
sanguini inducunt. Et electiores columbe pro esu sunt
colube iuuenes volare potentes quia tales sunt leuioris
digestionis et melioris humoris. Nulli enim non volare

44

potētes caliditatez et humiditatē hñt supfluaa q̄re
grossos generāt humores vt vult Auicenna scdo ca
nonis ca. de colūbis. Antiquae vero columbe ⁊ earuz
caro propter caliditatē nuniā ⁊ siccitatez ⁊ digestio
nis difficultatē sunt euicāde. Et similiter etiā turtu
res antiquae. Sexta auis ē quiscula q̄ ab aliquib⁹ no
minat⁹ coturnix qz quiscula ē nomē onomatopeyon
scz fictū a suo sono. Et caro ista secunduz aliquos ē
subtilis substātie bonū generās humorē ⁊ multū cō
petit sanis cōualescentib⁹. Secundum Isaac tñ co
turnices ceteris volatilib⁹ sunt peiores nec nutrime
to nec digestionē laudabiles qz ex comestiōe carnis
earū timet⁹ spasimus ⁊ tetbanus prout etiā vult Aui
cenna scdo canonis ca. de eis subiūgēs rationem scz
qz in substātia carniuz earū est virtus faciēdi huius
modi accidentia narrata ⁊ sic nō proueniunt illa ac
cidentia ex eo solū quia coturnices comedunt ellebo
rum. Et hinc est qd gallici comedunt coturnices cum
molti pingui caseo et inde faciunt pastilla. Potest
tamen per coturnicem intelligi alia auis a predicta
p̄dice maior eiusdem fere coloris cum rubeis pedib⁹
⁊ rostro saporis delectabilis dicta coturnix ytalica
lingua. Et isto modo Rasis tercio alinansoris acci
pit coturnicem quando preferit carnes eius post car
nes starne aliorum volatiliū carnibus. Septima
auis ē merula que ē eiusdem quantitatis cum furno
sed ē ad nigredinē tendēs ⁊ habēs rostrum subrubeū
⁊ silr debz comedi inuentis. Octaua auis ē phasian⁹
i. gall⁹ siluestris que ab omnib⁹ medicis enumerat⁹

inter aues laudabilis carnis . Caro enim talis auis
nature humane est conuenientissima et est cib9 prin
cipum 7 magnatum . Consiliator enim luco prealle
gato dicit siluestriuz vero laudabiliores sunt fasia
ni ad sanitatem et ad robur . Et fortassis etiam uni
uersaliter domestici cum sint gallinis ppinquissimi
7 eiusdem fere speciei sintq; illis siccioris aeris 7 ali
menti ac exercicii amplioris . Non a auis est ethigo
neta que est auis parua ad modum perdicis sed lon
gum rostrum habens cuius caro est optima . Decia
est perdix cui9 caro scdm Auic . scdo canonis ca . de
cubugi est de subtilioribus carnibus impinguas qz
multum nutrit cor absterges ydropisi et stomacho
conferens 7 augmentum in coytu faciens . Verum est
tamen q; stringit ventrem . Et istam carnem Galie
nus tercio alimentoruz ca . decimosextimo 7 octauo
de ingenio ca . secundo p refert omnib9 aliis volatiliuz
carnib9 . Et dicit de ista carne q; si assidue comeda
tur maxime confert memorie . Undecima est frigell9
et est auis comedens racemos velociter volans simi
lis sturno sed est melioris nutrimenti q; sturn9 7 mul
te tales inueniuntur ubi sunt vinee 7 inebriantur ex
esu racemorum et melior est caro earum circa festum
omnium sanctorum . Duodecima est orex et est secun
dum aliquos gallina siluestris siue gallina phasia
ni . Vel secundum alios est gallina aquatica id est
natans in aqua et siue sit femina phasian siue galli
na aquatica ei9 caro e boni nutrimenti . Deciatercia e
tremul9 7 e auis cõiter stas ppe mare mior q; gallia

sed est avis fusca alte clamans ⁊ velocissime volat /
 et quando ambulat sup terras cauda eius semper tre-
 mit ⁊ ideo dicitur tremulus ⁊ habet supra caput ei⁹
 longas plumas. Et non ē parua avis longāz habēs
 caudam que a medicis vocatur cauda tremula. Ulti-
 ma avis est amarellus ⁊ etiam est avis similiter exis-
 tens in aquis similis anete sed ea minor. Et gene-
 raliter loquendo inter aues comestibiles plus lau-
 dantur ille que volatu velociore sunt. Et sicut car-
 nes predictarum auium sunt laudabilis nutrimenti
 et facilis digestionis ita etiam reperiuntur carnes
 aliquarum auium illaudabilis nutrimenti difficilis
 digestionis ⁊ inequalis complexionis sicut sunt car-
 nes anserum et pavonum ⁊ malariorum ⁊ vniuersa-
 liter auium habentium collum longum et rostrū lon-
 gum degentium in aquis ⁊ carnes passeruz que sunt
 calidissime et a temperamento longissime et multum
 excitantes coytum. Circa electionem vero carnis vo-
 latilium sciendum est qd secundū diuersas laudabili-
 oris nutrimenti proprietates ac eius quod nutritur
 sanitatis vel roboris intentionez carnes laudantur
 varie. Vnde Galienus respiciens facilem alteratio-
 nem et subtilitatem in carnibus pardicum preferit
 easdem raris vero cum Isaac respiciens subtilita-
 tem starne ac leuitatē ipsam ceteris pretulit Isaac
 etiam secundum diuersas intentiones carnes vola-
 tilium laudauit diuersas. Auicenna vero laudauit car-
 nes turturuz p̄ ceteris vel quia respexit ad pprieta-
 tem qua roborant ⁊ cōfortāt intellectū. Vel qz ī ter-
 ris ei⁹ ē ipaz tanta bonitas q̄ nō est in aliis terris.

Sciendum insuper q̄ carnes volatiliū plus cōueniunt q̄ carnes quadrupedūz his qui relicto exercitio corporali vacāt cōsiliis studiis ⁊ cōtemplationib⁹ quia digeruntur facilius aliis. Juxta illud Galieni tercio alimentorum. Digestibilior est tamē hec caro volatiliū animalū ⁊ maxime pardicum ⁊ generant sanguinē claz mundū spirituosum mentis exercitiis ⁊ eleuationi intellectus aptū.

Si pisces molles sūt magno corpore tolle

Si pisces duri parui sunt plus valituri

Hic ponuntur duo accidentia ex quorūz noticia attenditur electio piscium. Unde pisces aut sunt duri aut molles. Si molles sunt tunc seniores sunt eligibiliores. Cuius causa est ista quia mollicies prouenit ex humiditate que in iuvene pisce indigesta ē ⁊ in sene plus digesta ⁊ sic in iuuentute tales pisces sunt generatiui fleumatū sed senes minus. Et sic patet q̄ anguilla senior sanior est iuvene secundum quosdam. Si vero tales pisces sunt duri tunc iuvenes sunt saniores. i. digestibiliores cuiusmodi sunt lucii ⁊ parce duricies enim in quātum huiusmodi resistit digestionī. Et istā sententiam ponit Auicenna secundo canonis ca. de piscibus dicens. Et eligitur quidē ex piscib⁹ durā carnez habētib⁹ ille qui est minor. Et ex habentib⁹ mollē carnez ille qui est maior ad terminū aliquē.

Lucius ⁊ parca saxaulis et albica teuca

Sornus plagicia cū carpa galbio truca

Hic tanguntur decem pisces eligibiles pro nutri-
 mento nature humane / quorum primus est lucius
 qui est piscis notus et dicitur esse tyrannus piscium
 quia non solum deuorat pisces alterius speciei sed
 etiam eiusdem speciei cum eo. vnde versus. Lucius
mēbz etiā cōtinet in arteria. Alius at sanguis in ve
nis. Secundo sciendū q venaz aptio ē in multis mē
bris. Aliquādo in brachio siue manu magna. Aliquā
in parua. Aliquādo in pede. Aliquā in naso. Aliquan
do in frōte. Aliquā in labiis. Aliquādo sub lingua siue
in palato. Aliquādo in āgulis oculoꝝ versus frontez
In manu maiori que est ab ascellis vsqꝫ ad cubitos
sunt quinque vene aperiende scđm Rasiū septimo ali
nāsonis ⁊ Auicennam loco preallegato. Una vocat
cephalica que ē vena capitis. Secōda basilica que est
vena epatica. Tercia mediana siue cordiaca siue ni
gra secundū q vocat ab Auicenna siue matrix sicut
vocatur a Rasi. Quarta assellaris. Et quinta funis
brachii. In manu minori est scelles siue salnatella
⁊ ita in brachio secundum q continet maiorem ma
num et minorem sunt aperiende sex vene. Cephalica
a partibus que sunt supra collum euacuat et ideo
passionibus capitis valet vt in emigrania mania
⁊ in aliis calidis passionibus siue ex materia calida
Vnde et ista incipit siue oritur ab humero et tendit
versus partem siluestrem brachii. Basilica euacuat or

immediate a partibus sub collo ut a pectore ⁊ epate
Vnde in passionibus pectoris epatis et similiaz va
let. vnde valet in pleuresi. Et incipit ista ab ascella
ri ⁊ tendit ad partem domesticā brachii ad curuatu
raz brachii. Mediana vero ē media inter duas pre
dictas in situ ⁊ in cōpositione quia ex eis cōponit
Est enim ramus vtriusq;. Et est etiā media in euacu
atione quia vndiq; euacuat et ab inferioribus parti
bus sub collo ⁊ a collo ⁊ supra collum. Vnde ē uni
uersalis toti corpori in euacuando. Nō vniuersalis
sicut dicunt quidaz quia a corde oritur sed quia ra
mus est cephalice et basilice. Et ergo cum volumus
fleubothomare de cephalica ⁊ non apparet debemus
accipere magis medianam q̄ basilicam et similiter
cum volumus fleubothomare basilicam et non ap
paret magis debemus fleubothomare medianam q̄
cephalicam quia magis conuenit cuz vtraq; q̄ vna
cum alia cum sit ramus istarum et iste extrema. Sei
les siue salnatella est vena que est inter auricularem
et medicum tendens plus versus medicum digitum
⁊ oritur a basilica ⁊ ista aperitur in dextra manu in
opilatione epatis et in sinistra manu in opilatione
splenis. Et quare hoc fit nescitur ratione sicut dicit
Auienna sed experientia / hanc enim inuenit Galie
nus per somnium ut ipse dicit quia habebat quem
dam in cura habentem opilationem epatis ⁊ splenis
et somniabat se fleubothomare patientem de illa ve
na ⁊ sic fecit ⁊ curatus est. De ista fit fleubothomia
ponendo manum in aqua calida quia subtilis est

ideo ut ingrossetur et dilatetur et ne vulnus claudatur
 citius debito et ut sanguis grossus subtilietur .
 Assellaris est illa que posita est sub basilica ⁊ illa ap-
 paret in ligatura brachii et de ista idem est iudiciuz
 cum basilica. Funis brachii est illa que est supra ce-
 phalicam siue os vltimum siue altius brachii vers⁹
 partem siluestrem. Et est idem iudicium de ista et de
 cephalica. Licet ergo secundum Auicennam et Galie-
 num in apertione vene fit euacuatio vniuersalis a
 toto corpore non tamen ab omnibus venis equali-
 ter ut visum est. Licet etiā vene a toto corpore eua-
 cuent non tamen in eis est timor equalis ymmo ce-
 phalica secundum Rasim septimo alinansoris est se-
 curior. Et basilica ē magis timenda ⁊ cardiaca etiā
 multum est timenda licet minus q̄ basilica. Cephalica
 est securior quia neq; iuxta eam est neruus neq;
 arteria neq; supra eam. Sed sub cardiaca est neruus
 ⁊ altius supra eam est neruus subtilis ideo timendū
 est ne incidatur neruus. Basilica est periculosa val-
 de quia est sub ea arteria et iuxta eam est neruus et
 musculus ⁊ ideo est timenda valde. Scises siue salna-
 tella non est periculosa sed tamen subtilis est et ideo
 ut aperiatur melius est q̄ ponatur in aqua calida .
 In pede sunt tres vene scilicet sciatica sophera et ve-
 na poplicis . Et hec aperuntur cum volumus tra-
 here sanguinem ad partes inferiores ut in prouoca-
 tione menstruorum ⁊ illa que est in poplice secundū
 Auicennam magis valet q̄ sophera aut sciatica qz
 propinquior estatrici et ideo melius potest ab ea
 trahere. Sophera vero a virga testiculis et

a matrice sanguinē attrahit. Sed sciatica ab anchis
renibus ⁊ mēbris que sunt situata versus partes sil
uestrem melius trahit. Sophena vero a matrice et a
mēbris positis versus partem domesticam licet sint
rami vni⁹ vene. In medio frontis ē vena vna que
aperienda est in antiquatis passionibus faciei vt in
morphea et impetigine scabie et in passionibus ocu
lorum prius tamen debet fieri minutio de cephalica.
Et similiter est vna vena in naso. Et in vtriusq; ap
tione debet collum ligari et postea aperiri vna ante
aliam per ligationem enim colli melius manifestan
tur. In labiis etiam sunt vene que aperiuntur prop
ter apostemata existētia in ore aut gingiuis cepha
lica tamen prius minuta. In palato sunt quattuor
vene que si aperiātur valent fluxui reumatis ad den
tes in eis facientis dolorem. Et iste vene sunt mani
feste et debent aperiri materia digesta. Item quedā
sunt vene in angulis oculorum versus frontē ⁊ ape
riuntur in passionibus oculorum cephalica prius
minuta. Item quedam sunt vene sub lingua que ape
riuntur in squinancia cephalica prius minuta. Item
vene que sunt in temporibus inciduntur ppter emi
graneam ⁊ propter dolorem magnum capitis ⁊ egrī
tudinem capitis diuturnam et iste sunt quas vocat
Urocras et Auicenna iuueniles quarum incisio red
dit hominem impotentem generare. Item in collo
etiam sunt vene que vocantur guides que minuende
sunt in principio lepre et maxime tamen anhelitus
angustatur. vnde ⁊ in squinancia impediēte anbeli
cum minuuntur.

Si dolor ē capitis ex potu limpha bibat
 Ex potu nimio nā febris acuta creatur
 Si vertex capitis vel frōs estu tribulētur
 Tempora frōsq; sūt moderate sepe fricentur
 Morella cocta nec non calidaq; lauentur

In hoc passu autor duo notat. Primum est qd si do-
 lor capitis accidat. ex potu nimio ⁊ maxie vini vel
 alicui⁹ alteri⁹ pot⁹ quo contingit hoies inebriari tūc
 supbibit debet aqua frigida q̄ sui frigiditate atq; in-
 grossatione impedit ne fumi ex tali potu eleuati cere-
 brum ledāt uel ad ipsuz eleuent. Scdm ē qd si summi-
 tas capitis vel frons nimio calore vexet tūc debēt
 tempora et frons moderate fricari ⁊ postea debēt ex
 aqua decoctiōis morelle calida lauari quia morella
 q̄ a cōibus medicis solatru⁹ dicitur habet infrigidare
 quia frigida est.

Temporis estiuū ieiunia corpora siccant
 Quolibet ī mēse confert vōit⁹ quoq; purgat
 Hūores nocuos stōachi lauat ābit⁹ ōnis
 Hic antūnus hyems estas dñatur ī āno
 Tēpore vernali calidus sūt aer humidusq;
 Et nullū tēpus melius fīt fleubothomie
 Hic tunc hōi veneris cōfert moderatus
 Corporis ⁊ mot⁹/ vētrīsq; solutio/ sudor

Balnea / purgent tūc corpora cū medicis
Estas more calet siccatur noscatur in illa
Tūc quoq; precipue colerā rubeā dñari
Hūida frígida fercl'a dētur / sit venq; extra
Balnea non psunt / sint rare fleubothomie
Utilis ē requies sit cū moderamine potus

In hoc passu autor plura notat. Primum est qd
ieiunare multum exsiccatur corpora in estate quia ex
quo estas de natura sua est calida et sicca ipsa resol-
uit humiditates corporis que etiaz resoluuntur per
sudores in estate multiplicatos et sic superueniente
ieiunio corpora plus exsiccantur quia absente hu-
mido cibali calor nostri corporis agit in humidita-
tes proprias ipsas exsiccando. Et ergo bene dixit
Hippocras septima particula amphorismorum / corpo-
ribus humidis carnes habentibus famē adhibere con-
uenit / fames enī corpora exsiccatur. Scd̄z ē qd vomitus
offert quolibet mēse qz p vomituz euacuantur hūiores
nocui cōtenti in toto ābitu stomachi. Et istud etiaz
vult Auicenna quarta primi ca. decimotercio de iuu-
mentis q̄ affert vomitus cū dixit qd Hippocras prece-
pit vomituz fieri bis in unoquoq; mēse scilicet du-
obus diebus continuus vt secundo die expellatur il-
lud quod primo die non potuit expelli. Et per hoc
secundum Hippocratem conseruatur sanitas cū talis
vomitus mundificat stomachū euacuādo fleuma et
colerā. Stomachus enī nō habet aliquid qd mūdet ipz
sicut intestina habēt colerā rubeā ipa mundificantez

Et postea Auicēna loco p̄allegato ponit plura alia
 iuuamenta vomitus bene facti quorum primum est
 q̄ confert grauitati capitis ⁊ hoc verum ē q̄n illa gra
 uitas accidit ex materia humoralī vaporosa perue
 niente a stomacho et mēbris inferioribus ad caput
 Si enī grauitas capitis fieret a nocumēto p̄prio ip
 si⁹ cerebri tūc vomit⁹ magis noceret q̄ cōferret Se
 cundū est q̄ clarificat visū ⁊ hoc q̄n obscuratio vi
 si⁹ puenit ex materia vaporali pueniēte a stomacho
 ad ip̄os oculos / alias at̄ nō. Terciu⁹ ē q̄ aufert fasti
 diū .i. nauſeā ⁊ abhominatiōē remouēdo ⁊ euacuan
 do humorē a stomacho qui ē cā fastidii. Quart⁹ ē
 q̄ cōfert ei ad cui⁹ stōachū descēdit colera corrūpēs
 ei⁹ cibū. Quintū ē q̄ remouet abhōinatiōē q̄ fit p̄p
 ter vinctuositatē. Sextū ē q̄ remouet casum desiderii
 ⁊ illud quod facit desiderare acut⁹ pōticum aut ace
 tosum q̄ vomitus remouet cām oīm istarū dispositi
 onum iā remota cā remouet effect⁹. Septimū ē q̄ cō
 fert laxitati .i. cachecie q̄ p̄cedit ydropisī ⁊ euacuan
 do materiā talis laxitatis ⁊ mundādo stomachū. Oc
 tauū ē q̄ confert vlcērib⁹ in renib⁹ ⁊ vesica diuertendo
 materias currētes ad illa loca ad partē oppositam.
 Nonū est q̄ etiam cōfert lepre maxime q̄n fit cū vo
 mitruo forti sicut elleboro quia talis vomitus eua
 cuat materias que sunt in locis remotis ⁊ difficilis
 eradicationis ex quibus fit lepra. Etiam vomitus
 corrigit digestionem primam ex qua alie digestiōes
 melius fiunt vñd lepra peccat in corruptione diges
 tiue. Decimum est q̄ confert malicie coloris in cute
 ex aliquo humore diuertendo ipsum a cute.

Undecimuz est q̄ cōfert epilentie stomatice euacuando humore cōtētuz in stomacho ex cuiꝝ effumatione causat̄ epilentia. Duodecimū ē q̄ cōfert ycterice maxie illi q̄ ē ex opilatōe nā p̄pter motuz fortē ī vōitu materia opilās omouet̄ ⁊ remouet̄ a loco ī quo factebat opilatōnē. Similiter euacuat̄ materia fleumatica p̄ vomitū q̄ cōtēt̄ ē cā istuz opilationis. Decimūterciū ē q̄ cōfert asmatis euacuādo materiā aīcedentē ex stomacho q̄ fouebat materiā asmatis. Et etiā calefaciendo mēbra spiritalia et pulmonem ex quoz calefactione sequit̄ cōsumptio supfluitatum faciencium asma. Decimumquartum est q̄ confert tremori ⁊ paralisi euacuando materiaꝝ istarum passionum. Decimumquintū q̄ confert habentibus vlcera nigra magna super partes extremas diuertendo humores a partibus extremis. Et licet vomitus debite administratus ista conferat iuuamenta superflue tamen factus multa inducit nocumenta quia debilitat stomachuz ⁊ resoluit ip̄m ⁊ facit eum aptum vt materie fluant ad ipsum et obest pectori ⁊ visui ⁊ dentibus et antiquis capitis doloribus ⁊c. Prout dicit Auicenna quarta primi capitulo decimoquarto. Terciū quod notat hic textus est q̄ quattuor sunt tempora anni scilicet Ver Estas Autumnus et Hyems prout manifestum est. Et inter ista tempora ver est caliduz et humidū ⁊ hoc respectu alioꝝ tempoꝝ licet in se sic tēp̄o t̄pamento attinens vt vult Galienus in de cōplexionibus. Et ex isto sequit̄ q̄ istud tempus magis aptum est fleubothomie quia magis est multiplicatiuum humoruz q̄ alia t̄pa. Et ergo etiā isto tempore

111
potest conuenire moderat⁹ vsus coytus ⁊ motus tem-
peratus ⁊ ventris solutio siue fluxus ⁊ sudor tempe-
ratus ⁊ similiter balnea temperata ad diminuen-
duz repletionē. Et ergo etiā istud tempus aptum est ad
purgationem corporis cum medicinis. Quartuz est
q̄ estas calefacit ⁊ exsiccāt ⁊ ergo in ipsa etiā mul-
tiplicatur colera rubea que calida ē ⁊ sicca. Et pp-
ter hoc etiā in estate fercula debent esse frigida ⁊ hu-
mida ad remouendum dispanctiam caliditatis ⁊ sic-
citat̄ ex cōplexione estatis inductā. Et debet fieri
abstinentia coytus cum talis etiā exsiccet. Et absti-
nentia a multis balneis simili de causa. Et rara fleu-
borrhonia eadem de causa nisi necessitas hominez cō-
pellat. Et debet fieri quies ⁊ paucus mot⁹ qz quies
humectat ⁊ multus motus nimiu^z exsiccāt. Et debet
homo predicto tempore vti potu cuz moderamine et
maxime frigido quia ex superflua sumptione potus
frigidi propter apertionē pororū aliqñ sequit̄ subi-
ta infrigidatio corporis v^l paralisis siue laxitas mē-
broz vel mors subita. Ñ q̄ nos defendat qui eterna-
liter viuit ⁊ regnat.

Hoc op⁹ optat̄ quod flos medicīne vocat̄

Incipit liber de conseruatione corporis seu de re
gimine sanitatis cōpositus per magistrum Arnoldū
de villa noua.

Prima pars vel consideratio sanitatis cō
seruande pertinet aeris electioni nam inter
ea que necessario approximant humano
corpori / nihil est qđ imutet fortius ipm
q̄ aer cum per os ⁊ nares ad cor ⁊ arterias inspirā
do peruenit cuꝫ qualitibus suis / et per omnes arte
rias immiscet spiritibus corporis per quos omnes
actiones vite corporalis perficiuntur. Ideo regalis
prudencia que ad proprie sanitatis conseruationez
studere debz propter salutē regni nūq̄ negligat quā
cum facultas concedit eligere aerem tam in partibꝫ
regni q̄ in mansionibus locoꝝ ad que inhabitando
declinat.

De electione aeris.

Am cum in parte regni elegerit diutius habita
re iuxta differētiās partium āni in qua salubri
or ⁊ purior viget aer dupliciter prouidet utilitati
cōmuni. Primo quideꝫ in conseruatione proprie sa
lutis a qua diriuatur salꝫ totius multitudinis cui
preest. Secundo vero qm̄ prouidet multitudini quo
ad eius presentia / nō soluz autē corpori est accōmo
dus aer purus sed etiā menti / nam ōnia mentis ope
ra siue in apprehendēdo siue in iudicādo clarius ⁊ p
fectius exercent̄ in aere puriori. Ex qua considerati
one non modice regis prudencia sublimat̄ / cum per
hoc publice utilitati prouideat valde in procurādo

112

claritatem cognitionis ⁊ industrie naturalis non solum mente propria sed totius consilii unde manat gubernationis influentia toti regno ad quod bonum procreandum quantum ei possibile fuerit ipse rex obligatur ex proprio maiestatis officio / cum non tantum naturalibus documentis sed quotidianis constet experientis quod aeris impuritas atque grossities ingenium ebetat apprehensionem obtundit / iudicium obscurat / cognitiones infatuat et obligat affectiones. Ea igitur pars ad habitationem diutius eligatur / ubi fuerit in substantia purus aer / ⁊ in qualitatibus temperatus iuxta differentiam temporis. Nam in estate querendus est purus ⁊ ex circumstantiis habitationis declinans ad moderatam frigiditatem ⁊ e contrario in hyeme / ubi autem purus est aer / ibi verus ⁊ antimus existunt in qualitatibus temperati. Sed quia frequenter contingit quod ubi purus est aer subitis ventorum flatibus agitur. Ideo tunc corpus rarum de facili leditur alterationibus repentinis cum leuiter ad eius interiora penetret ventus / maxime si flauerit veluti per canalem propter quod expedit in locis ventosis vestibulis operiri. Sed colericis ⁊ sanguineis congruit vestis ex lino vel serico interclusa bobace / nam talis vestis sanguineis non inflammat / nec estuare facit et a ventorum ingressu partes protegit circumtectas etc. In mansione vero que precipue deputabitur ad iacendum cauebitur ne sic aer conclusus ⁊ non habens liberas expirationes sicut in aliquibus domibus testudinosis que pauca et parua habent spiracula vel reumaticis sicut in subsolaribus quorum solus non est paucitatum. In talibus enim mansionibus aer est nimis

p.

grossus et iacentes maxime dormientes in eis multum
grauat in capite et in pectore facit enim eos obtusos
pigros et somnolentos cor constringit anhelitum in
durat faciendo respirationem difficilem et voces apu-
rat et obscurat. Preterea si necessitas urgeret in tali
domo iacere subtiliter in hyeme depuret aer cum igne
maximo facto de vitibus siccis aut rore marino vel
brusco vel similibus lignis non fumantibus sed faci-
entibus flammam claram. In estate vero cuncta spira-
cula teneantur aperta ut solum irrigetur et in ea parte
taceatur per quam liberius gredi potest aer. Et si ster-
ni debuerit virentibus plantis caueatur ne sint aquo-
se ut iuncus grossus sed bona et mollis herba scilicet
mirto vel salice aut similibus et talis domus poterit
in hyeme cum ligno aloes aut thure subfungari aut
ligno iuniperi vel cipressi. Estate vero cum sandalo
aut foliis mirti siccis aut virgis eius vel rosis siccis
quibus etiam si copia suppetat solus sternetur aut saccel-
li repleantur ex eis et collocentur circa puluinar lecti.
Cum autem frigora cogent vni beneficio ignis cauen-
dum est ne nimis approximetur aut diu sedeat ad
ipsum et maxime sumpto cibo et vultu appposito nam
rara corpora depauperat spiritu et eorum impedit di-
gestionem et eberat visum et acuit sanguinem et causat
vertiginem. Sed torso ad ignem conuerso eius bene-
ficio moderate sumatur. Si vero fuerit coram ocu-
lis et maxime prope conuenit aliquo propter ocu-
los interponi.

De exercitio corporis.

Est considerationem aeris ideo consideratio se-
 quitur exercitii quoniã naturaliter debet refec-
 tionem precedere propter duo/ quorum unum est qz
 calorem excitat naturalem per quez est cibi digestio
 celebranda. Unde expedit qz cibus qui sumitur euz
 inueniat excitatum ⁊ nõ sopituz/ aliud est quia sup-
 fluitates corporis resoluit et preparat expulsionem /
 quibus in corpore manentibus natura nequit suas
 perficere actiones. Etenim calorem naturalẽ obtun-
 dunt ⁊ meatus impediunt per quos debet alimentuz
 transire. Unde natura corporis impedita manet do-
 nec superfluitates cibi preteriti fuerint excluse perfe-
 cte. Quamuis autẽ grosse superfluitates vt intestina-
 les et vesicales ab aliquibus corporibus egredian-
 tur absqz exercitio tamen subtiles que per poros cu-
 tis habent expelli et que vt plurimum aggregantur
 inter lacertos mēbrorum et inter cutem ⁊ carnẽ raro
 nisi per exercitium educuntur a corpore sano/ tum qz
 raro sudat/ tum quia rarissimuz ē qz aliquis ita pce-
 uiuat siue cibetur qz calor naturalis possit mēbroz
 superfluitates propter paucitatez consumere vel qz
 ita sit fortis qz possit quãtasqz superfluitates va-
 stare cognouit enim ante cibum exercitari/ sed come-
 dentibus parum sufficit exercitiũ modicum. Habẽs
 aut qui copiose reficiuntur maius ē necessariũ ⁊ ecõuer-
 so/ nã his qui parũ exercitantur sufficit modica leuisqz
 refectio. His ergo accētis in prãdio ⁊ cena p̄mittat
 exercitiũ moderatum ⁊ uniforme. Moderatũ quidẽ
 est ex quo alacrior quis efficitur ⁊ mēbra etiã leuio-
 riã si doluerit aut inde fatigata pmãserit p̄culdubio p̄

fuit immoderatio/ et ideo cum fatigatio inchoat cessan-
dum est ab eodem. Uniforme vero dicitur quoniam inferio-
ra et superiora proportionaliter excitantur siue peditan-
do siue equitando vel aliter exercitium peragatur.
Unde qui peditando exercitatur debet aliquando incli-
nari ad colligendum manibus aliquo placido vel
operandum. Equitans vero siue ascendendo vel des-
cendendo mouendo equum non solum pedum colum-
nas sed dorsum moueat/ et manus et brachia/ maxi-
me si venationi operam dederit. Illa tamen in pro-
posito species motus vel exercitium eligi debet per
quam semper illesa permaneat regalis maturitas et
honestas. Quapropter ludus pilee aut lucte cum coe-
tans nullo modo regi congruit quoniam personam ipsius
contemnibilem reddit. Illud etiam publice utilitati
nimium derogat.

De balneo.

Est considerationem exercitii/ consideratio bal-
nei sequitur. Ideo quia defectum supplet ipsius
nam in regimine sanitatis illi solum balneantur in quibus
propter omissionem exercitii et copiosam refectionem
multitudo superfluitatum aggregatur in lacertis et in
tercutaneis regionibus aut quibus propter multitudinem
sudoris in exercitio vel alia causa lotio corporis est
necessaria. Et ideo balneum stupide competit primis ad
prouocandum sudorem. Aliis vero balneum aquam ad abluendum
Sed in proposito neutrum balneum locum habet nam corpori im-
perato sanguine habundanti si moderate cibetur et exercitetur nec con-
gruit sudare/ nec necesse est abluere propter sudoris vesti-
gia. Sed si propter eius exercitium sudoris prouocatiuum

114
aliquā sequeretur necessitas abluēdi. Cauendū est ne
corpus mergatur in aqua notabiliter calida / sed sic
tepidā velut illa que solis feruorib9 estate calescit /
7 rose vnico feruore bullite proiciantur in balneo.
Columnne tñ pedū ad cōseruationē sanitatis visus 7
audit9 / atq; memorie sepe lauent9 7 fomentent9 cū aq̄
tēperate caliditatis / 7 talis lotio fit in sero circa in
troitū lecti dieb9 illis in quib9 nō cenare contingit
lotio vero capitis nō tradetur ultra viginti dies /
nec in ebdomada plusq; semel fiat / nec vnq; stōacho
repleto / sed ante prādiū vel post ipm 7 ante cenā si
proponat cenare

De refectionib9 .

Est cōsiderationē exercitiū sequit9 cōsideratio
refectōis duplici rōe / quarū p̄ma ē qm̄ exerci
tiū corp9 ianit / 7 in anito corpori debet9 refectio. Se
cūda vero ē qm̄ exercitiū in aniendo prouocat appe
titū cibi qui nominat9 fames que nihil aliud est q̄ p̄
co nature ad iudicandū necessitatē cibationis / d̄ cor
pore nāq; sano tunc est certū q̄ indiget cibo qm̄ māi
feste famescit. Et ideo specialiter habentib9 tēperatū
corp9 7 sanguinē habundantibus pre aliis nō expe
dit sumere cibum / donec esuriant / natura enī mēbro
rum non āplectit9 sed respuit ipm. Et ideo cib9 q̄ su
mit9 absq; appetitu nature velut grauis sarcina fert9
in stomacho / 7 aliis mēbris . Preterea magis corrū
pit9 in eis q̄ conuertat9 in ea / nāq; respuunt ipm vel
conantur tepide in substantiā suā cōuertere. Quāob
rem patet ex eis q̄ sanis corporibus in qualibet par
te anni / nulla secundum naturam est alia congrua p3

hora cibationis siue in prandio siue in cena/nisi quā
natura comedere appetit. Et hoc testat̄ q̄ vulgaris
obseruātia tēpestiue cenandi/nō habet in sanis exis
tentiā rationis. Sed ex leui conceptu manauit im
peritorū/ et obseruatur ex indiscreta cōsuetudine po
pulari. Sument̄ ergo cibus appetente natura nec
diu etiā post esuriē debet sumptio tardari/nisi quia
sanctē constitutionis ecclesie/ vel honesta occupatio
aut religiosa deuotio quāq̄ suggerunt ipsam esuriem
tollerare/debet etiā taliter mensurari cibatio ne sto
machus tentione grauetur. Sicut enim nocet cibus
sumptus āte tēpus predictū/sic etiā nocet si sumat̄
imoderate/ ad quod vitādum expedit ut duo viten
tur/ primūz ē imperfecta masticatio per quā magna
fit nature iūria cū nō reddat̄ ei quod ex prima insti
tutōe debet̄. Ad hoc enīz dentes a natura sunt ordiā
ti ut p̄fecte cōminuat̄ cib̄z anteq̄z transmittat̄ in lo
cum digestiōis. Cum enīz cib̄z nō ē liquid̄z aut p̄ ar
tificium cōminut̄z valde naturā sui corporis defrau
dat qui suis dentib̄z p̄fecte nō cōterit/nam aptitudo
cōterendi nec stomacho nec ceteris mēbris interiōri
b̄z est cōcessa. Quapropter necesse est ut ledant̄ a ci
bo imperfecto masticato dupliciter. primo q̄z plus
inde sumit̄ ex quadāz degluciedī voracitate. Secūdo
quā deglutitus imperfecte digerit̄/ et per consequens
corp̄z ad multas preparat passiōes/ et ideo voraces
frequēter egrotāt et nūq̄z ad naturalē pueniunt senec
tutē. Scdm̄ at̄ q̄ metu refectionis imoderate v̄z vitari
ē varietas ferculoz̄ i vna mēsa/ et maxie si fuerit de
licata. Citīz enīz lassat̄ et deficit appetit̄z in sumptōe

115

vnus cibi q̄ diuersoz qm̄ blandimēta saporis puo
cāt eū ad plus sumendū q̄ stōachus possit digerere
propter hoc etiā qm̄ difformitas ferculoz ē tāta q̄
vnū ē facilis reliquū vero difficilis digestionis ne
cessē ē vt debita nutritio mēbroz impediāt quia cū
peius digerāt vnū q̄ aliud ⁊ cōmiscēant adinuicē
aut cum digesto illabit indigestū / aut si vsq̄ ad per
fectā digestionē alteri⁹ remāserit corrūpet veluti si
carnes pulloz ⁊ vaccine insit decoquerētur. Accidit
etiā q̄ qm̄ fercula varia multa sunt numero duobus
mōis impeditur p̄fectio digestiōis. p̄rio qz comedens
ad frequētius potādū iocitur frequēs at potus di
gestionē impedit / quē admodū frequēter supfundere
aquā olle impedit eius feruorē. Scdo qz inter primū
ferculū ⁊ vltimū magnum ē interuallū / propter qd
inchoata digestio primi / a cruditate supueniētū im
pedit q̄ oīa nocimēta vitātur p̄ sumptionē vni⁹ fer
culi aut duoz ad pl⁹ tñ inter ea non cadit notabile
interuallū / ⁊ q̄ nō sunt valde difformia quantū ad
habilitatē digestionis. Et ideo qui paucis vescunt
ad extremā ⁊ mundā pueniunt senectutez. Qui vero
studēt ad multitudinē ciboz incarcerationē vel ante
senectutē extinguunt / uel eoz senect⁹ itēpestiua erit
⁊ valde imunda sicut ī habitatiōib⁹ septētrionis fre
quēter occurrit / ⁊ nō solū hora refectōis ⁊ quātitas
sed etiā qualitas ciboz debet attendi sic scz vt illi su
mantur qui corpori congruunt secundum exigentiā
nature ipsius ⁊ temporis / ⁊ qui non congruunt eni
tenter. Vnde qui naturaliter dispositus est / ad paci
entiam fluentes emorroydas et pulsantes vitare p r

debz acuta / ⁊ salsa nimiū ⁊ dulcia quecūq; cōstipāt
de quibz infra dicit.

De regimine potus.

Unc autem cōuenit de regimine potus in gene
rali tractare / circa quod breuē natura p̄bet sa
nis corporibz regulam scz vt potetur qñ ipsa requi
ret / hoc est qñ veram sitim aliquis patiet. Tunc ac
est vera sitis qñ in ore stomachi percipitur estuatio
quod nunq; in sanis corporibus nisi sumpto cibo
contingit. Vnde cū talis sitis est manifesta sumēdus
est potus et sobrie qualis nature corporis et tēpori
debetur. Est enim in proposito cauēdum ne sit vinū
acutum vel igneum aut grossum et dulce / sed in esta
te album vel roseum in hyeme subrubeum et in sub
stantia semper clarum atq; subtile cuius sapor sit sim
plex ⁊ amicabile ⁊ odor suauis / et ex talibus eligan
tur semper debiliora / que minus tollerare possunt a
que mixturam. Corporibus eniz temperatis sangui
neis ⁊ colericis vtilius est vinum debile naturaliter
cum modico aque q̄ vinosum fractum cum multa
aqua. Sic igitur in proposito patz q̄ expedit omni
no vitare quecūq; vina que confitiunt gipso vel
calce / vel que conseruantur in vasis pice linitis et
eadem ratione vitandum ē nectar nisi cōficeretur se
cundum formaz inferius scriptam / patet etiā ex pre
dictis q̄ vinum nouū perfecte clarificatuz ē in pro
posito veteri semper vtili. In sui vero mentosa in
qua nō estuat orificium stomachi sed arefcit vel os
aut palatum propter puluerē aut motum aut aeris
calorem ⁊ siccitatem non expedit bibere / sed sufficit

gargarizando vini bene limphatū aut aquā partes predictas humefacere vel emūdare vñ si magis pla ceret succosos fructus masticare ⁊ abicere/ vel modicum succi deglutire propter gutturis arditatem erit expediens .

De quiete ⁊ dormitōe.

Est refectionez ordine naturali quiescere cōue nit atq; dormire. Cibis enim ad hoc recipitur vt digerat ⁊ digest⁹ cōuertatur in mēbroz substan tiam. Digestio vero cibi ⁊ maxime in stomacho/ vbi recipitur cum totalitate sue difformitatis ad mem bra nequit cōpleri nisi calor naturalis per quez di gestio celebrat quantum possibile est coadunet circa locum digestionis. Quapropter immoderate nō cō uenit reffectis ambulare sumpto cibo vel vigilare ul laborare. Maxime si corp⁹ eoz nō habūdauerit na turali calore/ qm̄ in motu et labore distrabit calor ad mēbra q̄ motu exercētur/ sicut in vigilātibus ta to q̄ nō moueāt colūnas pedum ⁊ manūū nihilomi n⁹ ad organa sensuū ut audit⁹ ⁊ visus ⁊ ad ip̄z cere brū vbi meditātōis opatio exercet calor naturalis distrabit qm̄ sine ip̄o nulla vite opera pnt in corpe pfici. Que oīa recte cōsiderātes phisici dixerunt con corditer q̄ potior hora maioris refectionis ad obser uāduz sanitatē ē vespertina/ p̄pterea qz nox relecti oni succedit. Ex q̄ multa bona pueniunt necessaria digestiōi pficiēda. Primū ē frigiditas aeris etenī in aere frigido fortior ē digestio q̄ i calido/ qm̄ p frigi ditatē aeris coadunat calor naturalē i cibāo corpis ⁊ p calorē ip̄ius aeris disgregat versus exteriora/

propter quod ut plurimum comedunt amplius in frigidis habitationibus in hyeme. Secundum est tranquillitas mentis et corporis / quoniam de nocte cessant meditationes et occupationes diurne. Tercium est somnus quietus / namque sub silentio noctis nec strepitu vel clamoribus interrumpitur nec occupationibus impeditur / nec luce feriente oculos / breuiatur . Ergo qui moderate reficitur sumpto cibo sedeat et quiescat / tam mente quam corpore / sedendo audiatur non amara nec subtilia sed placida que fuerit facilis intellectus ut sunt regum et sanctorum historie vel musice melodie . Cum autem somnus aduenerit protinus dormiat Sed de die maxime in estate dormiatur in loco frigidiori et obscuriori et maxime tranquillo dum tamen non sit reumaticus . Pedes quoque discalcientur et cooperiantur namque dormire calciatis pedibus et tibus maxime in estate fumos reflectit et corpus estuare facit et inquietari propter quod impeditur digestio / visus obscuratur et mens ebriatur / cooperiendi vero sunt ne nimium infrigidentur / et similiter caput in somno plus quam in vigiliis cooperiendum / namque cum calor naturalis in eo coadunetur circa medianam corporis regionem / extrema remanent modico calore munita / et ideo tunc facilius potest a frigore ledi maxime si aer frigidus quasi per canalē propulsus a ventis penetrat membra / cauendum est etiam ne indirecto capitis fenestra vel spiraculum sint aperta . Qui vero sani sunt corpore debent in primo somno super dextrum latus dormire / ut epaer quod circa cor plus habundat naturali calore subiaceat stomacho / tanquam ignis suppositus lebeti . Cum autem fuerit primus somnus expletus

117

nō ē necessarium his qui t̄pate reficiuntur amplius dormire. Sed si q̄n plus debito sumeretur / aut aliq̄d qd̄ esset graue ad digerendū tunc dormiens nō excitaretur a primo somno propter perfectionē digestionis sed propter stimuluꝝ superfluitatis aggregate in membris sicut urine in vesica vel fumoꝝ in laceris aut screat̄ in pectore aut similiū / quibus expulsis urinando vel tussiedo uel mēbra tendendo adhuc expediens erit ad somnū redire qd̄ perpendet̄ ex pōderositate capitis ⁊ grauedine palpebrarū. Et tunc ne fumis conclusis / epar supercalescat cōuenit iacere super latus sinistrum naz cibo fere digesto multo minor calor sufficit ad perficiendū digestionem q̄ crudo. Supinus aut̄ nunq̄m debet sanus dormire / ne superfluitates que fluunt ad palatum ⁊ nares refluāt ad cerebrum ⁊ subiungant memoriā. Sed excitatus potest expandidari supinus ⁊ paz̄ quiescere ad mēbrorum equationē ⁊ maxime iuncturaz̄ spinaliū. Similiter sanis ⁊ stomachum habentibus calidū vel t̄patum non expedit supra ventrē dormire propter ceruicis contorsionē ⁊ stomachi compressionem. Illis quibus propter stomachi frigiditatem necessarium precipit̄ vt̄ super mollissima puluaria ventrez collocent ⁊ ingementur quantum minus poterūt colluz torquere licet melius esset vētri cervical mollissimū ⁊ calidum applicare ac brachiis amplecti / vel cum lata fassa lini superfirmare vt̄ in somno adhereat. Sicut autem his qui moderate reficiuntur non expedit sumpto cibo deambulare / sic immoderate reffectis erit expediens priusq̄ dormiāt deābulare suauiter ⁊

diu quousq̄ depressum fuerit p̄odus orificii stoma-
chi. Et cū ōnis relect⁹ debeat in somno tenere caput
⁊ pect⁹ ceteris partib⁹ altiora / magis in hoc expedit
immoderate repletis ne regurgitatiōe cibi grauetur
orificiuz stōachi / ⁊ p̄ cōsequēs caput ⁊ mēbra spiri-
tualia. Sōno itaq̄ cōpleto studēdū ē diligenter emū-
dare corp⁹ a supfluitatib⁹ multiplicatis in eo nō so-
lum p̄ secessuz aut urinādo / s̄ etiam p̄ alias ptes ut
tussēdo ⁊ screādo ⁊ nares mūgēdo / caput pectinādo
⁊ faciem mentū aqua tepida lauādo. Coytus etiam
qui ad nature commodum ordinat⁹ exerceri debet ex-
pleto somno ⁊ corpore tēperato. His āt quoz iunc-
ture sunt debiles / aut quos emoroyde sepe vexāt si-
ue fluētes fuerint siue surde cauenduz ē diligenter ne
famelici coeāt / vel īmediate post repletionē / ⁊ maxi-
me si stimulis volūtariis excitaret⁹ ad hoc studiose
natura semper enī spectāda ē ut ip̄a sponte req̄rat /
⁊ ex debitis interuallis ut natura possit effundere se-
men absq̄ dissolutione corporis ⁊ tormēto violent⁹
enī coytus est a cūctis hōib⁹ cū terrore vitāduz /
qm̄ omnes vires corporis āputat ⁊ in extremaz pre-
cipitat senectutem.

De ira ⁊ tristitia .

Upradictis igitur per ordinem obseruatis sci-
re conuenit insuper q̄ accidētia corpus effica-
citer mutant seu alterant / ⁊ in operibus mentis faci-
unt manifestā impressionē. Et ideo q̄ nociua sunt de-
bent studiose vitari ⁊ spāliter ira ⁊ tristitia qm̄ ira

supercalificat omnia mēbra ⁊ propter feruoreꝝ cor
 dis omnes actꝝ rationis cōfundit/ Et ideo cauende
 sunt eius occasiones nisi quātum ex preceptoratio
 nis aduersꝝ illata cōcitur. Tristitia vero corpus
 infrigidat ⁊ exsiccat ⁊ propterea maxie exterminatio
 nē inducit quia cor cōstringit ⁊ spirituz obtenebrat
 ⁊ ingrossat ingeniuz ebetat apprehensionem impedit
 iudicium obscurat ⁊ obtundit memoriā. Et ideo vi
 tanta sunt eiꝝ obiecta nisi quātum ratio persuaserit
 ad detestationem vicioꝝ et mentis pulchritudinē re
 formandā. Qui vero multis curis et sollicitudinibꝝ
 distrabuntur ⁊ crebro pungunt gaudio sepe vacare
 debent ⁊ honestis solatiis vt animus refloreat ⁊ spi
 ritus recreentur .

De nutrimentis scꝝ cibis ⁊ potibꝝ.

Est generalia ouenit specialiter loqui de nutri
 mentis ⁊ remediis cōtra lapsus ⁊ intermittē
 Primo de cibis. Secundo de potibus. Sed quia cibo
 rum quidam sumuntur in alimentum quidam vero
 in saporem et condimentum. Ideo prius erit sermo
 de alimentis. Quedam enim sumuntur ex terrenascēti
 bus quedam vero ex animalibus. Et licet animalia
 dignitate priora sint plantis tamen quia materia
 sunt animaliuꝝ in eo qꝫ nutriuntur ex eis. Ideo terre
 nascencia priora sunt animalibꝝ per naturā ⁊ rōem
 nutritionis. Ex terre vero nascentibus assumuntur
 in alimētum quinꝫ per ordinem scilicet Primo gra
 na panifica vt frumentum/ordeum ⁊ siligo milium/
 auena/panicum et risi. Secundo legumina. Tercio
 fructus. Quarto folia scilicet olerum et herbarum

Quinto radices ut sunt porri et cepe et cetera quae sub terra suscipiunt incrementum. Frumentum autem coctum frequentari non debet / quoniam lumbricos multiplicat et opilationes generat et disponit ad calculum in renibus et vesica. Et similiter pulces de farina frumenti et quicquid fit de pasta frixa uel etixa. Et idem est iudicium de tritico quod vulgariter dicitur alatera et amido / licet sit leuius ceteris temperato tamen corpori non expedit istis uti. Et si forte diebus iuniorum interdum placuerit sumere condiantur cum multo lacte amigdalorum / et prius forte coquantur. Simula uero omnibus predictis minus est nocina. Et adhuc minus colatur a furfuris que si prius cum multa decoquatur aqua / deinde cum lacte amigdalorum erit in diebus iuniorum paratis atque colericis abusu leuissimus et utilis. Utilis tamen erit ferculum ex ordeo factum mundato prius cocto usque ad rapturam. Deinde loto cum aqua frigida postmodum pistato et cocto cum multo lacte amigdalorum usque ad mediocrem densitatem. Talis cibus est valde conueniens patientibus emorroydas pulsantes. Et simili modo debet fieri ferculum ex auena mundata si magis placuerit licet sit minus utile quam predictum. ferculum autem ex risi si fiat cum multo lacte amigdalorum semper est utile corporibus temperatis ad uitandum tamen ad constipationem ultimo debet sumi. Etiam in omnibus est cauendum ne uetustate corrupta sint / uel appropinquent corruptioni et ideo farina et furfur et simula et triticum que plus quam sex mensibus fuerint reseruata / uitari debent a

117
corporibus temperatis atq; colericis. Et amiduz si
plusq; .xii. mēses habuerit ⁊ nisi si plus octo mensib9
fuerit extra corticē reseruatū ⁊ maxime in regionib9
calidis. Generaliter vero tenendū est q; si predicta
omnia fumosi odoris percipiant vel acuti saporis
aut terrei sp sunt euitāda .

De pane .

Anis autem semper debz esse mediocriter fermē
tatus et parum salsus et nequaq; farina imbu
tus ⁊ ad vitandum constipationem prodesset ut sex
tam vel septimam partez furfuris contineat. Cauen
dum tamen est ne sumatur calidus aut induratus .
Si vero necessitas urgeret aliquando vesi bis coc
to sumatur a principio remollitum in pingui bro
dio siue fuerit pinguedo carniū siue fuerit dulcis
olei oliuarum aut amigdalorum ⁊ in diebus carniū
frustra lardi baconis cum eo sumantur vel aliqua
ventrem humectantia seu mollificantia de quibus
infra dicetur .

De leguminibus .

Legumina autē nunq; congruunt tēperatis cor
poribus q; diu manēt in sanitate ppter ea con
uenit in proposito vt eorum substantia vitet et ma
xime siccorum . Sed si de recentibus aliquando pla
cuerit sumere gratia nouitatis expedit q; coquatur
cum zinzibere et croco et in fine condiantur cuz lacte
amigdalorum nisi cuz pinguib9 carnibus coquerē
tur / quia tunc non oportet addere lac amigdalorum

Et inter cetera legumina minus sunt nociua sanis corporibus pisa rotunda et cicera et fabe. Et istorum etiam trium minus nociua sunt pisa rotunda et alba. Generaliter autem quoadmodum legumina sicca sine carbonibus preparantur debet cepe rotundum et album comminutum frigi cum multo et dulci oleo et eis adiungi et ultimo lac amigdalorum et hoc est maxime necessarium si faba debeat comedi et precipue si fuerit de faba fracta legumina vero que cum lacte animalium preparantur omnino vitanda sunt in proposito. Sed in quadragesima quam diuturnus est opulentus usus alimentorum ut piscium et palentium utile est ad conseruationem sanitatis in principio refectionis interdum sumere purretam cicerum aut pisorum. Et hec est illa aqua quam sapientes comedunt scilicet ut pisa uel cicera in aqua dulci remolliantur per noctem et in eadem aqua sequenti die bulliantur duabus aut tribus feruoribus et tunc colentur et colatura reseruetur et appropinquante hora refectionis addat ei parum vini albi et modicum de puluere spicenardi et croco et sale in moderata quantitate deinde unico feruore bulliantur et propinentur in principio refectionis uel ad pacandum uel si magis placuerit fiant offe/tale namque brodium mundificat uenas capillares epatis et uias urinales et ideo preseruat a calculo in uesica et in renibus precipue si pisa uel cicera remolliantur et coquantur in aqua predicta cum petrosillino. Vulgares autem nimis decipiuntur in eo quod credunt hanc utilitatem inesse brodio cicerum remolliorum in lixio namque tota substantia subtilis et aperta per primam remolitionem separat exinde.

De usu fructuum.

Sus fructuum ipato corpori non congruit in via
 cibi / sed potius medicine videlicet ad preseruandū
 ipm ab aliquo accidēte nociuo qđ ex cōcurrētibus p̄t
 tineri. Et ideo moderate et ordinate cōuenit ut eis
 utatur / considerata semper utilitate q̄ speratur acq̄
 ri per sumptionē ipoz / nō enim ad voluntatē sumen
 di sunt / sed ad euidentē utilitatē. Nam uti fructibus
 ad voluntatē cōseruationem impedit sanitatis. Est
 igit̄ aduertendū qđ corpora q̄ fructibus nō utuntur
 pro alimento / debēt in qualibet parte āni cōsiderare
 qualia possunt accidētia nociua incurrere vel ex qua
 litatibus aeris vel ex nutrimentis illi tēporis et secun
 dum hoc fructibus magis uti cōgruit ad obuiandū
 accidētibus illis meliori modo. Sicut igit̄ in estate san
 guis feruore aeris inflāmat̄ in ipa vero et autumno
 siccitate acuit̄. Ideo tunc expedit ad tēperādum san
 guinē uti frigidis et humidis fructibus. Similiter quā
 estiuo feruore mēbra rarificātur et facilius ab eisdem
 exalant calores naturales et spūs. Ideo tūc expedit
 uti fructibus cōstringētibus poros quales sunt stiptici
 Sicut tunc cōpetit vsus acetosoz ad frāgendum co
 leraz acumē. Siccitas etiā t̄pis q̄ ventrē cōstipat se
 pe requirit frequēter estate et autumno vsū iporū
 Et similiter quoq̄ profunt ad somnum prouocan
 duz ubi a siccitate temporis impeditur / vel ad sitiz
 compescendam vel ad estuationem cordis et epatis
 et orificii stomachi mitigandum. Quibus omnibus
 diligenter consideratis facile quisq̄ poterit estate et
 autūno vsū fructuum moderare ad regimē sanitatis

Quicumq; ad cōseruationem sanitatis intēdit debet
hanc regulam generaliter obseruare scilicet q; nunq;̄
utatur fructibus tam coctis q;̄ crudis donec in ar
bore fuerint cōsecuti perfectam maturitatē exceptis
moris quibus utendum non est/postq;̄ ex perfecta
maturitate nigrescunt/qm̄ sunt cibus araniaz̄ et san
guinem inficiunt ac putredini preparāt et bubones
et carbunculos et antrates multiplicāt. Et ideo in re
gionibus calidis āno quo talium moroz̄ copiosus
est vsus epidimia regnat/nisi per fluxum vētris im
pediatur. Secunda vero regula q;̄ abstinēdum est a
fructibus qñcunq; multiplicantur in eis vermes aut
interius tabescunt quod in vulgari cathalanorū di
citur endecar et cognoscitur per hoc quia fructus ex
terius non est naturaliter coleratus nec habet natu
ralem medullam. Tales enī fructus generant conti
nuas febres nisi forte superfluitates eoz̄ per fluxuz̄
vētris aut fortē laborem et copiosos sudores a cor
pore resoluantur. Tercia vero regula precipit ne
fructus diuersi sumantur simul quātumcūq; sint in
naturis vel effectibus propinqui. verbi gratia si de
buerint praua sumi ad ventrem mollificanduz̄ non
expedit cum eis cerasa sumere simul / sed sufficit ut
hec vel illa sumantur in principio refectionis. Simi
liter quoq; tempore quo ficus et vne reperiuntur nō
expedit ut simul sumantur. licet utraq; profint ad
ventrem mollificandum sed sufficit alterum et maxi
me ficus. Quibus ad hoc ut efficaciter mollificent
debet brodium superbibi/ vel alius liquor. Sed ha
bētibus epar et stomachū calidū/ et cunctis colericis

quales sunt habitatores affrice et libre / tutius est
 aquã frigidam superbibere. Ceteris aut̃ vinũ limpha
 tum. Si vero debuerit vna sumi propter ṽtris so
 lutionem. Cauendũ erit ne sumatur in mensa sed lon
 ge ante / maxie si fuerit recens / qm̃ non solũ generat
 ventositatem / sed etiam facit bullitionẽ. Et ideo sub
 uertit cibum et perturbat digestionẽ. Et vuis sump
 tis nullo modo vinuz superbibatur sed brodium tm̃
 uel aqua frigida. Si tamẽ in mensa debuerit vne su
 mi / cõuenit ut m̃cis dieb9 p9 collectionẽ fuerit reser
 uate uel cum aqua feruenti superfundatur / primo et
 secundo cum aqua frigida. Idem quoq; de persicis ⁊
 antepsicis comparatis ficub9 ⁊ vuis debet intelligi
 nam persica sumuntur interdũ in principio prandii
 ad ṽtris solutionem ab his maxime quoruz epar
 calidum est et siccum sed non expedie ut tunc ficus
 sumantur et multo minus vne / sed sufficit ut antep
 sica ul' p̃sica tm̃ sumant' ⁊ maxime duratiua q̃ maio
 ri habundant aquositate. Et econuerso vero in his
 quoruz viscera frigida sunt ⁊ humida quia plus eis
 molliora cõpetunt ⁊ si predicta necessitate cogantur
 aliquñ duratiua sumere prius remolliantur in vino
 puro maxime si fuerint ip̃o die collecta / naz que p9
 collectionẽ soli biduo vel triduo exponunt' saporis
 ⁊ salubrius tunc sumuntur. Si tamen habentes visce
 ra calida deberent sumere ficus in notabili quanti
 tate tunc expediret eis premittere persica vel antep
 sica ficub9 vel poma bene matura ⁊ aromatica cru
 da estate ⁊ cocta in hyeme vel saltem eligant ficus
 muzas scilicet quarum sapor participat manifestam q2

acredinem per naturam. Electissime namque sunt ficus
quarum rubra est medulla et sapor muscus et tales com-
petunt maxime iuuenibus / et quarum est complexio ca-
lida vel temperata. Predicta vero regula similiter
locum habet in fructibus qui sumuntur ad mitigan-
dum feruorem sanguinis ut sunt cucumeres et melo-
nes vel citrulli vel adfrangendum acumen valoris
ut sunt acetosi fructus. Nam cucumeres melones
vel citrullus simul non conuenit sumere et si in mensa
sumantur parum debet sumi ex eis / et ex cucumeribus
sola medulla. Et ante cibum iuuenibus dico et habent
tibus viscera calida / verumtamen estiuis temporibus
non incongrue sumuntur ab eis in fine cene ut diafrag-
mati et superioribus membris estuantibus propter pre-
cedentis diei feruorem et ariditatem efficacius miti-
gium prebeat maxime cum somnus debeat subse-
qui et ex hinc patet ratio propter quam persica et ma-
lagranata dulcia plus conferrunt sumpta in fine ce-
ne cum moderamine quam in principio / licet sint fructus
aquosi nam ariditatem et estuationem superiorum
partium efficaciter mitigant et suaue procurant som-
num. In his etiam qui acutis et crudis vescuntur in
cena ut assaturis obtundunt humoris acumen. Ta-
men si longe ante cenam sumeretur medulla cucume-
ris aut melonis ad mitigandum sanguinis feruorem
utilius esset. In fine vero cene sumantur persica vel
malagranata vel poma electa cruda vel assata et in-
frigidata cum modico panis. Acetosi quoque fructus
qui sumuntur ad coleram obtundendam / et excitan-
dum appetitum longe ante prandium sumi debent

ut malagranata vel in principio sicut cerasa tantū
 aut mora imperfecte matura. Siue tamen in princi
 pio siue longe ante nihil superbibendū est / nisi for
 sitan timeretur in his qui longe ante sumuntur q̄
 eorum acetositas offenderet guttur et orificium sto
 machi vel spiritualia tunc enim expedit parum bro
 dii vel vini bene limphati aut zucaram purazumme
 diate post sumere. Et ideo tales si sumpserint in ieu
 nio acetositatem malagranati aut citranguli vel li
 monis debent cum sacaro sumere. P̄dicta similiter
 regula tenet in fructibus qui comprimunt vel con
 stringunt quia multi simul non debent sumi. Et ideo
 sumptis sarmeneis non debent pira sumi et sump
 tis piris est abstinendum a coctanis / et sumptis coc
 tanis respuenda sunt sorba et mespula et econuerso
 S; circa fructus comprimentes multe occurrunt di
 uersitates nam quidam cōprimunt sola grossicie ac
 q̄ grauitate substantie sicut auellane crude. Quidaz
 vero cōprimunt quia potentiam habent constringē
 di et istorum cōprimentium quedam sunt que debili
 ter constringunt et vocantur stipetica et sarmenia et
 pira / quedam vero fortiter ut coctana sorba et hu
 iusmodi pontica nominantur. Item istorum omnium
 quedam sunt aromatica quedaz non / et quedam dul
 cia et quedaz non dulcia. De comprimētibus ergo
 datur regula generalis q̄ si sola grauitate compres
 serint et nullam habeant potentiam constringendi
 vel aggregandi partes membri cui obuiant / nec aro
 maticitatem aut dulcedinez nullo modo sumi debent
 Maxime a corporibus temperatis. Et ideo auellane

recentes vitande sunt / licet possint cibum sumptum comprimere quia nec dulcedinem habent que placeat oris stomachi nec aromaticitatem qua confortent et foueant spiritum eius nec stipticitatem aut potentiam qua corroborent aggregato partes ipsius. Et ideo generaliter sunt nocive oris stomachi quia sua gravitate et frigiditate percutiunt nullum conferendo iuuamen. Sicce vero minus frigide sunt. Et ideo minus nocent. Et si aliquantulum torreantur minus nocebunt et acquirunt stipticitatem atque dulcedinem per quam possunt prodesse. Sicut et castanee quanto assantur nam stipticitas et dulcedo vigorantur in eis. Et ideo sumpte post cibum comprimunt ipsum orificium stomachi confortando maxime si in vino aromatico calide immergantur. De constringentibus autem dantur regule plures. Et prima est quod si sumantur ante cibum constipant. Si vero post cibum laxant / nam quando precedunt cibum constringunt partes inferiores quibus obuiant et feces ciborum per meatus constrictos difficilius expelluntur. Quando vero sequuntur cibum quia constringunt meatum super feces exprimunt eas per partem inferiorem. Secunda regula est quod constringentia pontica nunquam sumenda sunt cruda nisi fuerint condita vel per diurnam moram ponticitatem amiserint. Omnia enim pontica ledunt immediate panniculos pectoris. Et ideo coctana debent priusquam sumantur in pingui brodio carniū decoqui / vel in pastillis cum carnibus aut si magis placerent assari sub prunis aut in furno quod est melius vel coquantur in vino puro sed assa

vel in vino puro cocta fortius stringunt quæ que cum
 pinguedine carniū coquuntur. Sorba vero et mes-
 pula que raro maturescunt in arbore per diuturnam
 moram post collectionem amittunt ponticitatem.
 Et ideo tunc si predicta necessitas urgeat ut suman-
 tur vel ipsa mespula que carent notabili amaritudi-
 ne possunt assari vel coquantur cum mero. Illi vero
 fructus pontici qui condiuntur per condimentum
 amittunt nociuam ponticitatem sicut nuces que cum
 cortice condiuntur et oliue in sulso / et ideo hec mode-
 rate stringunt plus tamen oliue quæ nuces / quoniam
 condiuntur absque melle vel zuchara et ideo parcius
 debent sumi / quoniam lederent spiritalia. Tercia re-
 gula est quod constringentia succosa ut pira magis con-
 gruunt siccis temporibus / ut estate et autumno quæ
 hyeme. Succo vero carētia et maxime si fuerint dul-
 cia hyeme et vere plus cōpetunt sicut castanee et dat-
 tili. Omnes enim dattili habent aliquam stipticita-
 tem sed manifestior est in dattilis insularibus et af-
 fricis quæ alexandrinis. Et hyeme et vere si necessi-
 tas urgeat uti fructibus ad laxandum ventrem cō-
 uenienter sumuntur post cibum sicut uue passe cum
 suis granis dum tamen nihil superbibatur et effica-
 cius venter mollificatur si ficus sicce sumantur in
 principio absque pane. In fine vero vel dattili vel
 oliue et post oliuas poterūt absque potu sumi aliquæ
 uue passe. Sed si fructus succosi magis placerent il-
 lis temporibus vitari debet magis nociui sicut sunt
 uue brumales que valde nocent intestinis renibus
 et vesice. Unde si sumere placuerit in principio

refectionis ventris mollificatiua succosa melius est
vt pomum aromaticum assum et frigidatum sumat
vel coctum in vino aut vne vineales maxime albe
et abiciantur cortex ⁊ grana. Si vero necessitas vr
geret sumere brumales immergantur prius in aqua
feruenti deinde superfundantur cum frigida et parū
inde sumantur. Si vero constringentia vel cōprimen
tia succosa in fine placuerit sumere sicut pira sumā
tur cum caseo veteri ellecto vel assent et in vino po
nantur. Caueant tamen ab eis qui frequenter patiū
tur torsiones aut iuncturarum dolores. Ultima ve
ro consideratio que de fructibus est habenda perti
net ad fructus oleaginosos / vt sunt amigdala auel
lane nuces pinee fistici de quibus due regule dātur.
Et prima est de crudis . Secunda de coctis. De cru
dis quidem sciendū est q̄ omnes offendunt stoma
chum / sed amigdale ⁊ nuces ⁊ fistici minus offendūt
in sua recentia ⁊ teneritate . Auellane vero et pinee
tunc plusq̄ sunt mediocriter exsiccate. Vnde corpo
ribus temperatis / ⁊ quorum complexio ad calidita
tem declinat non expedit his fructibus crudis vti /
quia multum nocere possunt sed parum prodesse .
Amigdale nancq̄ recentes et tenere possunt aliquali
ter estuationem stomachi temperare. Sicce vero ⁊ re
mollite non prosunt nisi ad prohibendum assensum
vaporis vini ad caput / nuces autem tenere et indu
rate non soluz stomachum sed caput et visum offen
dunt ⁊ solum a venenositate piscium tuentur. Auel
lane parum epar confortant sua proprietate sed sto
macho nocēt ⁊ capiti. Pinee vero inter cetera grana

plus stomacho inimicantur s3 profunt palicitis ha
 bentibus s3 creatum fumosum in pectore/fistici vero
 efficaciter profunt epati frigido 7 stomachu ceteris
 minus offendunt/ sed capiti nocent. Si vero predi
 cti fructus condiantur cum melle vel zucharo sicut
 pineatum vel nucatum stomacho quidem minus no
 cebunt predictis tamen corporibus non expedit eis
 vti precipue cum magis ad voluntatem condiatur
 q̄ ad utilitatē.

De oleribus.

¶c sub oleribus comprehenduntur largo nomi
 ne quoq3 nascentia super terram ex quibus co
 quina seu ferculum preparatur / siue sint herbe vt
 caules 7 spinargia et similia siue fructus herbarum/
 vt cucurbite et melongene que vulgariter albergine
 nominantur/ de oleribus vero breuiter est sciendum
 q̄ nunq3 expedit corpori temperato q̄ cruda suman
 tur/ exceptis lactucis et portulatis temporibus fer
 uidis ad compescendum sanguinis feruorem et estu
 ationem in stomacho et in epate. Ita q̄ ante cibum
 cum modico limphato aceto sumantur. Amare tamē
 lactuce sunt omnino vitande a corporibus tempera
 tis / et quorum complexio ad caliditatem declinat /
 fercula vero possunt ex his omnibus fieri exceptis
 melongenis / quarum vsus nullo modo prodest illis
 sed in ceteris cadit distinctio/nam borago 7 buglos
 sa domestica propter sui temperamentum omni tem
 pore congruunt maxime quibus venter est stipticus

quibus ad tollendum asperitatem possunt adiungi
semper spinargia vel bliti tenerrimi et non rubei et in
estate lactuce vel etiam atriplites aut blete. In hye
me vero cressones aut petrocillu et pauca folia mete
vel oculi caulium alboꝝ. Spinargia vero et bliti su
pradicti qui vicinant temperamento possunt mixtum
vel separatim sumi qualibet parte anni et cetera que
tempori congruunt adiungi. Estati enim congruunt lac
tuce dulces et portulate blete atriplites et cucurbite
Hyeme vero cressones et urtica tenera et petrocilluz
et caules rubei aut crispi et virides. Albi vero quoru
casta est lata et foliu leue maxime si creuerint in solo
irriguo et umbroso utiliter sumunt interdum estate
et autumno abiectis magnis et extremis foliis et
oculis preparatis. In vere autem teneritates spera
gorum possunt adiungi vel per se preparari postquam
fuerint prebulliti. In usu tamen predictoꝝ tria conuenit
obseruare. Primum est ut cum spicata fuerint respu
ant. Secundum est ne cum lacte animalium condiantur/
quoniam nimia fumositate lederent corpora supradicta
scilicet temperata vel calida sed cum brodio carniū ma
xime gallinaz aut cum lacte amigdalorum vel oleo
dulci et maxime recenti. In cucurbitis vero speciali
ter conuenit obseruare ut pro lacte animalium lac po
natur amigdalorum/ ne renibus noceant et vesice.
Similiter quoque ne noceant intestinis/ conuenit eis
aliquas cepas albas et rotundas adiungere/ sed ut
non obsint stomacho / debent eis adiungi oculi cau
lium/ vel in scutella conspergi cum cinamomo. Ter
cium est quod ante omnia fercula debet sumi. Exceptis

caulib9 que pñt ultimo sumi ppter stipticitatē quā
hñt 7 maxime crispī 7 virides siue rubei. Si tamē su
meret tñ eoz brodiū cōuenit vt primo sumat prop
ter vim quā habet apertiuaz ut brodiū cicerū supra
dictum/nā ppter eoz repugnantia vexat stomach9
7 impedit digestio si sumantur simul scz substantia
cicerum 7 predictoz caulium 7 brodiuz ipoz. Quā
obrem expedit ad vitandum hoc incōueniēs/q̄ aut
prebulliantur 7 postmodum coquantur cum predic
tis aut feruenti aqua diu superfundantur aut q̄ co
quantur vsqz ad densitatē ad hoc vt brodium resol
uatur vel q̄ brodium in principio sumat et in fine
substantia.

De radicibus.

Radices quib9 cōmuniter utimur sunt porri et
cepe 7 allea et rafan9 napi et rape pastinate 7
cherinie. Et a primis quattuor debēt omnia corpo
ra temperata et calida penitus abstinere maxime si
fuerint calores/ sed in algoribus hyemis possunt in
terduz fieri fercula ex porris aut cepis. Patientib9
tamen fluentes emorroydas et pulsantes conuenit
semper vitare porros allea rafanum cepas longas
que vulgariter dicuntur scalomne. Et similiter ro
tūdas si fuerint rubee sed si fuerint albe potest ex eis
prebullitis fieri cepulatum cum carnibus aut dulci
oleo 7 siue sic siue nō debet eis lac amigdalorum sp
adiungi. Et qz tale ferculū ventrē mollificat/ debet
ergo añ ōnia fercula sumi. Rape quoqz dulces 7 na
pi tenerrimi si cuz carnib9 coquant 7 melle 7 pipere

7 chinino congruunt predictis corporibus / 7 etiaz
dato q̄ nullo sapore cōdiantur / si tñ placuerit suffi-
cit ut coquantur cū gariophilis cōquassatis vel cuz-
zinzibere 7 croco 7 cinamomo ventre etiā mollificāt
7 vias vrinales mundificant et visui profunt. Ita
stinate quoq; si fuerint albe potuerunt assari vel cū
carnibus aliquñ sumi qm̄ eadem iuuamenta ventri et
vitis vrinalibus conferunt sed expedit ut predicte
radices primo sumantur. Eberinie vero possunt a
predictis in hyeme 7 vere sumi si moderate assentur
tamen si caput 7 pulmonē vel pectus reumati sinus
vexaret nō sumerentur qm̄ nocēt humido pulmone
7 capiti.

De carnibus.

Limenta que sumuntur ex animalibus aut su-
muntur ex eorum substantia ut ex mēbris vel
ex humiditatibus eorūde; sicut ex lacte 7 ouis. Ani-
malia vero vel gressibilia sunt ut quadrupedes et
aves vel natabilia ut pisces gressibilia vero vel do-
mestica sunt vel siluestria / et tam de his q̄ de illis
semper ea sumenda sunt in alimentum que viciniora
sunt temperamento vel que magis congruunt quali-
tatibus temporis. Unde gallina que parere incipit
et capos sex vel octo mensium ad plus / et cuniculus
.iiii. vel. vi. mensium / et capriolus. x. vel. xii. dūmo-
do in suo genere sunt mediocriter pingua possunt
conueniēter sumi qualibet parte anni / 7 similiter cō-
gruūt omni tempore corporibus temperatis aut ca-
lidis carnes eduli lactantis aut vituli si pñt haberi
q̄libz pte ani. s; porci 7 porcelli magis congruūt estati

et autumno . Pulli quoque parvicum eodem tpe con-
 gruunt / sed quia solum in autumno reperiuntur sicut
 etiam et iuvenes coturnices et turtures quod ideo tunc
 magis congruunt sicut pulli etiam colubini . Sed galli-
 ne veteres et agiones et grues veteres pavones et par-
 dices cuniculi animales et lepores / anseres et carnes
 bidentis arietis castrati et auicule que capiuntur in
 breto et palubi sexelli turdones et gallina cuncta ma-
 gis congruunt hyemi . Et similiter carnes false et que
 cuncte sunt dure digestionis vaccine et apris . Sed que
 de facili digeruntur propter laxitatem et raritatem
 et tunc sunt frigide et sicce complexionis ut carnes cer-
 ui caprei quocumque tempore possunt sumi dummodo fu-
 erint animalis bone habitudinis . Anates vero et ful-
 ce magis autumno conueniunt . Sed corporibus tem-
 peratis nunquam expedit anacibus uti vel fulcis . His etiam
 quos emorroyde crebro vexat et maxime pulsantes ex-
 pediat ut diligenter euitent grues et agiones et anseres vete-
 res pavones turdos merulas sturnellos turtures tur-
 doses et coturnices . His tamen corporibus maior vis facien-
 da est in artificio preparandi carnes predictas . Debent enim
 gallie post occisionem eviscerari et suspendi a mane usque
 ad cenam / et e converso priusquam coquantur . Pardices autem vete-
 res et cuniculi debent ad minus per diem naturale post occisi-
 onem seruari . Grues vero et fastiani bidentis in estate et in hy-
 eme triduo . Pavos quoque omni tempore debent seruari post occi-
 sionem diebus duobus / et si plures annis habuerit diebus
 tribus ad minus debent etiam frequentare elixas vel co-
 ctas in pastillis que assas frixas vero debent omnino
 vitare . Sistrum et cuniculos assos et auiculas que capiuntur

breto vel similes affas et in estate mutonem assum /
et omnis affatura sumat in fine preter affaturā por
ci ⁊ eduli. Brocellus etiam affus vitandus ē semp /
Sed de conuito insulso tpe estiuo potest aliquñ sumi.
Est etiam obseruanduz in ouum affatura ⁊ specializ
ter in pardicibus ne marcescant / nā si nimis affent
sunt nocue. Quod etiam de affaturis fuerit in super
ficie / torridum semper in proposito est vitanduz / et
ideo cutis et pinguedo affature porci debent vitari
fercula vero que fuerint ex carnibus comminutis ⁊
cum pinguedine colligatis atq; densatis vt morce
rolium vitanda sunt et maxime in proposito . Sed
alba comestio de pulpis gallinaruz poterit frequen
tari dum tñ non fiat ex pulpis epulatis sed ex trās
uerso generaliter incisis et postmodum contritis ⁊ li
gatis cum lacte amigdaloruz tantūmodo / vel si ami
dū aut farina rizi iungatur quod si valde modicum
Membrorū etiam diuersitas debet attendi / nā licet
partes viciniore cordi sint puriores propter bene
ficiū copiosum naturalis coloris quod ab ipso reci
piunt / ipm tamen cor in via cibi non competit tēpe
ratis atq; colericis vel habentib9 debilez digestiuam
cum sit dure digestionis ⁊ grossum generans sangui
nē. Epar quoq; similiter debet vitari maxime si fue
rit perfecte coctum / quoniā constipat ⁊ terreū ac me
lancolicum generat sanguinē. Solum autē epar edu
li competit interdum predictis dum tamen modera
te sit assum. Et similiter cerebrum ipsius tantummo
do si perfecte affet. Cor aut cerui ⁊ cerebruz leporis
aut cuniculi si sumāt p̄sunt p̄pter virtutē triatale

Sed ceterorum quadrupedum cerebra et cunctorum animalium intestina stomachus renes et splenes debent vitari/preter stomachus gallinarum anseris atque gruis. Extrema vero sicut rostra et pedes quadrupedum ex paucis animalibus debent in usu aliquando sumi a predictis sicut ex porco et edulo naz colericis prodesset usus iporum et temperatis in feruido tpe maxime si condiantur in sulso/ et ideo debet de pulmone intelligi/dum tamen ab edulo accipiat/nam aliorum animalium pulmones sunt eis inutiles/lingua vero ex vitulo vel ceruo tmmodo accipiat. Ubra vero semper vitent/nisi deberent cum fame sumi/et absque aliis ferculis.

De lacticiniis et ouis.

Umiditates animalium que coiter maxime sumuntur in alimentis sunt lac iumentorum et oua gallinarum et ea que ex lacte fiunt. Sanguis enim nulli animalis congruit alimento/precipue corporibus temperate complexionis aut calide. In proposito vero salubris est usus ouorum recentium fractorum in aqua et semper mollium. Ex quibus a medio autumnus usque ad medium veris sufficit vitellum accipere. Reliquo vero tempore potest accipi album cum vitello. Si placeret sumere aliter preparata/ cauendum est ne sumantur cocta in ventribus gallinarum aut inuoluta et frixa/sed aut sint assa vel singulariter frixa/ et semper mollia lactis usus omnino vitetur/preterquam a medio Aprilis usque ad finem May/ nam in illo spacio proderit lac caprinum saltem sumere per quindenam et maxime in prima quindena May.

Sumetur aut sicut ab uberibus egredietur in ieiunio de-
positis supfluitatibus et premissis aliquo exercitio / dum
tamen nullus extraneus sapor in ore percipiat / aut tenebro-
sitas in oculis aut dolor in capite / sicque mensura medio-
cris scilicet continens mediam librâ vel ad plures uncias no-
ue vel decem partibus cuius sumptionem tam diu tardabit pran-
diu donec manifestus aduenit appetitus. Inter ea vero
quae sunt ex lacte butirum spâliter et seratius sunt a prædic-
tis corporibus euitanda. Si tamen placeret in hyeme aliquando
sumere butirum cauendum est ne sit rancidum aut nimis
salsum et quod in modica quantitate sumatur. Quod si fue-
rit melle conditum / erit melius ad sumendum crudum. Se-
rum aut recens et maxime caprinum bullitum et colatum esset
utile frequenter in medio maii usque ad finem iulii uel
augusti supra dicta hora et quantitate. Caseus vero
si fuerit vaccinus et butirosus ac dulcis potest frequenter
assus vel elixus autumno et hyeme. Quinus aut pin-
guis et nondum rancidus nec nimis salsus poterit in-
terdum in fine refectiois in modica quantitate sumi mul-
tum aut non expedit nec est tutum nisi cum cucurbitis aut
herbolato facto ex voraginibus spinargiis a tripli-
cibus sumeret et raro. Casei vero quicumque fuerint cum
coagulato facti debent a prædictis corporibus euitari /
sed lac cum flore coagulatum possit estiuis feruoribus
aliquando sumi ad estuationem stomachi compescen-
dam et sitim in principio cene dummodo post vinum
non sumeretur immediate. Simili quoque ratione po-
test tunc temporis caseus recens in fine sumi ubi de
essent fructus nominati superius.

De piscibus.

Pisces quicumque fuerint lacuales vitandi sunt nisi
 si constaret locum esse limpidissimum in profun-
 dum ut saxosus vel calculosus vel arenosus et ma-
 xime quod ex transitu magni fluminis crearetur vel ex mag-
 na scaturigine fontium aut ex magno et frequenti refluxu
 maris similiter sunt vitandi qui sunt ex riuulis le-
 te fluentibus et maxime si receperint putredines canapis
 et lini aut putridarum herbarum vel liniositates cori-
 orum aut condimenta ipsorum vel ceteras superfluitates
 villarum aut oppidorum. Et vnde cumque fuerint hoc est
 marini siue fluuiales vel lacuales / attendendum est primum
 liter quod habeant substantiam puram que non sit in odore
 grauis nec in sapore nec in tactu et in separatione li-
 mosa. Et eorum qui puram habent hoc modo substan-
 tiam semper existunt salubriores qui pulpas habent
 candidam ut argentum. Et inter hec etiam squamo-
 si sunt semper preferendi / tamen si squamis caruerint /
 saltem obseruandum erit ut substantia sit qualis est
 dicta. Erit etiam cauendum ne pisces magni et duri
 comedantur recenter capti sed tamen reseruentur et maxi-
 me euiscerati quod absque corruptione tenerescant. Debent
 autem predictis corporibus pisces recentes ut plurimum
 assari vel elixari. Sed assatura magis est frequentanda
 in hyeme quam in estate siue in furno siue in prunis
 assentur. Elixatura vero e conuerso. Sed illa que fit
 cum vino albo congruit omni tempore / et est obser-
 uandum ne in assando pisces oleo lintantur sed vi-
 no in quo sal fuerit dissolutum. Si vero fricantur
 aut multo lintantur oleo dum assantur / expedit non

sumere cutem. Uniuersaliter tamen cutis pisciuꝝ est
uitanda ⁊ de ipozꝝ auxungia. Pisces at̄ perfecte sal
si ⁊ maxime pre salsedine arefacti nō cōgruunt pre
dictis corporibꝝ / licet brodiū simplex congrui siccī
sumptum interdum precipue in quadragesima qm̄
frequentantur opilatiua sit vtile in principio mense
qm̄ aperit meatus atqꝫ mundificat. Sed ex substan
tia vel nihil sumat̄ vel parum ⁊ raro ⁊ circa finē re
fectōis. Si vero piscis pfecte salsus fuerit lardosus
ut balena siue cuiua poterit in quadragesima parz
aliquā sumi cum spinargis in principio qncunqꝫ ne
cessitas occurreret cōstipationē soluēdi. Sz ex pisci
bus semifalsis ⁊ maxie pinguibꝝ elixatis largiꝝ pōt
sumi / naz pisces pingues ⁊ grossi qui biuoꝝ vel tri
uoꝝ fuerint sale cōditi si elixetur sapidius ⁊ salubri
us comedentur.

De saporibꝝ ⁊ condimētis.

De saporibus et condimentis conuenit scire qꝫ
nuncꝫ predictis corporibus acuta conueniūt.
Et ideo fortia salsamenta vt piperatas et alleatas
⁊ acutas sapes vt sinapium ⁊ erutam eis expedit
vt vitent nisi taliter possent reprimi qꝫ eorum nocu
mentum non timeretur sicut eruta reprimitur quāto
pastillum eius viu in aqua simplici coquitur / quan
tuꝫ scilicet coquerentur vaccine carnes deinde pista
ta cum paucis amigdalīs distemperetur cum puro
aceto nihil aliud adiungendo nisi forte modicuꝫ ci
namomi. Adel autem vitare debent corpora supra
dicta et multum etiam vsum zucare. Si tamen eru
te vel alicui acido salsamento placeret interdum

iungere quicquid dulce melius est zucara albissima/ut
 parum sape iungatur que vulgariter dicitur arab.
 Semper tñ est memoranduz qd valde dulce acuta ⁊
 asca patientibus emorroydas vexatiões inimicantē
 ⁊ ideo non expedit eis vt confectiones ⁊ salsamenta
 frequenter maxime si fiant de pipere quocunq; vel
 cum multo zinzibere galanga vel gariofilis aut etiã
 multo croco. Sed vt error omnis possit euitari por
 tabitur sequens puluis ꝛ zinziberis albissimi. 3. ii.
 corrandri bulliti in aceto et exsiccati. 3. i. cardamo
 mi ben albi añ. 3. ꝛ. rasure eboris lote. 3. ii. gariofilo
 rü croci añ. 3. i. cinamomi electi 3. vi. fiat puluis ⁊ d
 ipso cum amigdalis pistatis fiat salsamentum cum
 modico aceto vel agresta poterit addi. de ipso etiã
 in moderata quantitate condiantur pastilla et per
 totam estatem imponatur pastillis cum de furno ex
 trahantur/lac amigdalorum factum cum agresta vñ
 cum succo malorum granatorum aut limonum vel
 citrangulorum que vulgariter dicuntur terongie vñ
 arangie/ tales enim sapes acetosi facti cū amigda
 lis raro vel nunq; possunt ledere spiritualia possit
 etiã acetositate que ponuntur in pastillis caue
 ri offensa si totum ouum cum eis agitetur fortiter /
 postmodumq; pastillis imponatur / cum fuerint ex
 tracta de furno. Similiter quoq; si lacte amigdalo
 rum factum cum predictis acetositatibus assature cō
 spergantur semper minus nocebūt. Sed si placuerit
 estiuis feruoribus vti ad saporem simplici acetosi
 tate cauendum est ne nimium frequentetur succus
 limonum auoniã valde neruis ⁊ neruosis membrum

inimicatur. Acetositas vero citranguli quia vicini
or temperamento semper est minoris offensionis.
Et in his etiam fructibus obseruari debet regula su
pradicta scilicet vt sumantur in vsum donec in ar
bore maturauerint/ limo enim tunc perfecte matura
uit cum amiserit omnino corticis duriciem atq; vi
riditatem. Citranguli autem ad sui perfectam matu
ritatem debent per annum integrum in arbore perma
nere. Omnibus autem acetositatibus melior est que
sumitur ex malo granato muzzo anni preteriti / cum
quia debilior / cum quia modicum habet stipticita
tis que potest confortare stomachum et membra in
teriora. Et hac etiam ratione pre ceteris commenda
tur agresta que fit ex tenuitatibus vitium. Et ab
omnibus aliis abstinendum est/ cum de ipsa copia
reperiatur que poterit acui cum ceteris acetositati
bus si placuerit cum assaturis tamen autum estiuo
tempore sufficit ad saporem vt conquassentur in mi
xtura vini et multe aque rosacee cum modico salis.
Assaturis etiam quadrupeum si placuerit saporem
alium a sale coniungere sufficit eruca predicto mo
do parata/ vel salsamentum viride factum solummo
do cum aceto vel amigdalis et petrocillo et modico
mente ⁊ cinamomi. Vel si carnes aride fuerint quas
tamen oportet diligenter vitare sufficit parum sa
lis cum multo vino limphato. Sed in proposito po
test ex cinamomo electo et amigdalis atq; aceto fie
ri sapor conueniens omnibus assaturis non solum
quadrupeum sed etiaz piscium/ ⁊ hyeme potest ad
di parum zinziberis. Sed ille sapor qui fit tantum

ex optimo cinamomo et multis amigdalibus atque aceto potest omni tempore frequentari si consuetudo requirat uti saporibus / quod ideo dicitur quia corpora temperata non indigent alieno sapore / nam cum appetitu regulato semper ab eis sumitur alimentum Et ideo nisi qualitates alimentorum uel temporum ab equalitate recesserint non indigent medicato sapore nisi sale tantummodo . Sed consuetudo nature semper imponit necessitatem . Et ideo teste Hippocrate dandum est aliquid consuetudini et aliquid nature corporis et aliquid tempori sicut docetur in proposito per regulas predictas . De his autem quibus cibaria cōduunt / sicut sal oleum acetum carnes salse et similia per predicta sufficienter datur intelligi quod conueniat obseruare .

De potibus .

De potibus uero sciendum est quod ea que bibuntur a sanis cōmuniter aut sumuntur tantum in ratione potus aut in ratione solummodo medicine preseruatue uel in ratione potus et medicine . In ratione quidem potus bibitur omnis liquor sumptus ad extinguendum sitim causatam ex cibo et ad reddendum ipsum moderate fluxibilem sicut bibitur uinum uel aqua in hora refectionis . De uino ergo quale conueniat in proposito et quando debeat sumi dictum est supra in generalibus . In ratione uero medicine sumitur tantum / quando in estate bibitur aliquis liquor ad mitigandum estuationem interiorum r3 .

membrorū / qua intentione bibitur a pluribus tunc
in feruore iuleb. Et est syropus factus ex aqua ro
facea tantum ⁊ pane zucare qui syropus est tunc tē
poris valde utilis temperatis / quando pre feruore
temporis estuant / ⁊ at huc magis utilis habentibus
complexionem naturaliter calidāz specialiter in epa
te ⁊ in corde bibitum enim cum aqua frigida non so
lum infrigidat sed humectat etiam et confortat. Si
mili quoq; ratione habentibus stomachum siccum
⁊ intestina specialius conuenit tunc temporis bibere
syropum violatum modo predicto. Quibus vero
sunt humida syropum rosaceum. Sicut in his quo
rum cerebrum siccum est conuenit propter estuatio
nem interiorum membrorum tunc temporis bibere
nenifar. Eadem autēz ratione tunc temporis bibūt
aquam ordeī quorum complexio totius declinat ad
siccitatem. Sed carnosus et habentibus viscera cali
da sufficit tunc temporis propter estuationem inci
morum aquam puram frigidā bibere que sit de fon
te viuo aut de laudabili puteo vel aeterna. In quib
us tamen ⁊ opilatis vel strictos habentibus meat
interiorum conuenit addere paruz aceti. Sed in pro
posito si predicta necessitas urgeret interdum bibe
re ipsam dissoluatur in ea prius rosacea zuccara fa
cta de puro ⁊ albiſſimo pane. Quapropter ipsa tūc
debet potari maxime in diebus canicularibus ⁊ etiā
iuleb sic factum scilicet q̄ ad vnā libraz panis zu
care ponantur. iij. libere de aqua rosacea nec supra
ignem stare permittatur nisi quantum clarificationi
cōuenit ita q̄ ad plus nō sumatur de aqua rosacea

nisi tertia pars. In ratione vero potus et medicine sumitur sicut quando in feruoribus estatis post somnum diuturnum sitiunt et estuant vera siti qui bene fuerint in prandio refectioni / nam talibus tunc temporis expedit in via potus et medicine bibere aquam frigidam vel vinum bene limphatum . Sed in algoribus hyemis et interduz in quadragesima sumitur in via medicine solūmodo nectar siue claretum in fine refectionis scilicet ad hoc ut os stomachi calefaciat et digestiuam confortet / et ideo sumitur ut plurimum cum eo quod circa regionem orificii stomachi plus retinet ipsum sicut cum nebulis que sua viscositate adherent / vel habentes ipsum humidum cum pane aliquantulum terrefacto . Sed in proposito nō est necessarius nectaris usus / quia conficitur ex duabus habentibus acumen et inflammantibus scilicet speciebus et vino et tercio inflāmabili quod est dulce scilicet mel aut zuccara . Propterea si rationes tēporis aut consuetudinis eo placuerit uti parce sumatur et semper fiet ex puluere sequēti ℞ cinamomi electi . ʒ . i . zinziberis albissimi . ʒ . ʒ rosarum rubearum gario filis sandali rubei añ . ʒ . ii . pilorū spice . ʒ . i . fiat puluis qui sufficit in proposito ad . xxx lb . vini aduoto melle vel zuccara quantum sufficit pulueribus incorporandis et ad plus sufficit tantum zuccare quantum mellis despumati aut media libra zuccare dissoluit in vino modico tamen cum melle diutius et melius conseruatur .

Remedia emoroydarum.

Errum est q̄ seruando regimen supradictum
emoroydaruz vexatio vel omnino cessabit v̄l
tam leuis erit q̄ poterit paruipendi. Sed q̄ frequē
ter a debito regimine declinatur. Ideo cōuenit vt hi
qui per naturam proni sunt ad vexationem talem
sciāt quibus remedijs in actu passionis poterunt
se iuuare. Quando igitur emoroyde moderate fluūt
non sunt v̄llo modo restringende/ quoniam talis flu
xus corpori est salubris/ ⁊ preseruat ipsum a pluri
bus ⁊ grauibus morbis. Sed immoderate fluentes
quia nimis corpus debilitant/ sunt compescende. Ad
quod sunt tria necessaria/ primū est diligenter serua
re precepta supradicti regiminis ⁊ specialiter in vi
tando acuta ⁊ salsa ⁊ dulcia/ ⁊ in acutis debent assa
ture intelligi ⁊ maxime si fuerint aride. Debent etiā
cuncta inflammatoria vitari sicut ira ⁊ coytus et ex
ercitium forte. Secundum est vti a parte intra delec
tabilibus stipticis vt sarmenis piris ⁊ coctanis et
similibus vt est scriptum superius non tamen in pri
cipio sumantur ne ventrem constipent. Et auricule
porci et pedes ⁊ amidum et etiam rizi tunc frequen
tabuntur vel in estate bibatur mane syropus rosa
ceus aut factus ex succo citoniorum siue murtillis ⁊
si cocti fuerint ad perfectionem admisceatur duplū
aque calide ⁊ quasi tepidum bibatur. Si vero non
esset syropus ad perfectionem coctus quod melius
est calefiat modicum ⁊ bibatur/ ⁊ si forte horreretur
dulcedo addatur cum debuerit sumi parum de succo
maligranati recenter expressi vel saltem puri vel

modicum de succo citranguuli. In hyeme vero comedantur in ieiunio triginta vel quodraginta radicule que dicuntur vulgariter triflex de ronax. Tercium est ut exterius applicetur aliqua stiptica sic videlicet ut in estate fiat sacculus ex tribus partibus rosarum et quarta murtilorum et unito feruore bulliantur in aqua/ deinde exprimatur et cum tepuerit diu sedebitur super ipsum et mane et sero. In hyeme vero salvia recens coquassabitur et frigaretur cum multo oleo rosaceo et in sacculo ponetur et sedebitur desuper ut prius. Est etiam influentibus emoroidis aduertendum ne cessante fluxu sanguinis forte stillent aquositates albe vel citrine vel virides et ibidem sordices aggregetur/ nam talis immundicia conclusa non solum pruriges sed frequenter ultra generat corrosiua. Et ideo cum apparuerint predicti feruores debet illa regio sepe lauari et etiam diu cum vino in quo salvia recens et plantago equaliter sumpta et concassata prius bulliantur vel in defectu plantaginis et saluie sumantur equales partes rosarum et yreos vel absintii et concassentur et bulliantur cum vino. Contingit etiam sepe quod dolore molestantur et hoc multipliciter. Quandoquidem quidem propter retentionem sanguinis emittendi/ quando enim ille vene sunt immoderate replete/ nec aperiuntur ut consueuerunt ad effundendum sanguinem excedentem/ dolore afficiunt regionem illam et quandoque vitinas ut est regio ancarum et colligatas/ ut regio dorsi et cognoscitur

excessus sanguinis ibi retenti per hoc quod ipse tumens
et grauedo siue ponderositas et pulsatio sequuntur
ibidem et in iuuentibus masculis magis sentitur pulsa
tio quam grauedo et quandoque sanguis exuberat non solum
ibi sed etiam supra totum dorsum tenditur et diffici
liter curuantur ac si baculus esset infixus. Adicigat
autem dolor dupliciter uno modo scilicet ad curam per
fectam / alio vero modo ad remedium tantum. Cura ve
ro perfecta est ut causa doloris abscindatur perfecte
quod fit si sanguis qui superfluit sensibiliter euacue
tur et maxime per illas partes per quas natura con
suevit et adhuc conatur euacuare scilicet per emoroy
das et ideo festinandum est ut ille aperiantur. quod
fit tribus modis vnus est cum flebothomia / alius est cum
sanguisugis appositis per canas / tertius est cum medici
nis et melior medicinarum est folium ficulne / quod de
bet prius complicari / et quod vna pars cum alia coterat
quousque lac effluat inde. Huiusmodi fricentur emoroy
de cum superficie confricata donec aperiantur et si non con
fricantur cum cepa lacrimante vel distemperentur aloë
cicotriniū cum felle bouino et modico aceti et calidū
cum panno vel bombace superponat vel supra pannum
sedeat donec aperiantur vel simili modo superpona
tur oleum amigdalorum amararum vel persicarum. Si
vero tardaretur aut tardari timeretur emoroydaz
apertio saltem diuertendus est sanguis abinde quod
in apertendo venam grossiorem que apparet super
dorsum pedis fit in ambobus pedibus et hoc fiat in
ieiunio / et ad minus de utraq. .iii. uncie sanguinis

extrabantur / vñ si predicta fleubothomia nequeat fieri fiat de vena epatis i plicatura brachii / et subtilis dieta seruetur .iii. diebus . Congrua vero remedia sunt in proposito calefactoria mollitiua que suauiter et insensibiliter detinue faciunt superfluitatez sanguinis resolueno fiunt aut hec calefactoria duobus modis / vno modo vt medicine cocte in aqua ponantur in aliqua olla sub sella perforata et sedendo in sella recipiatur vapor per inferiora . Alio vero modo vt medicine cum aqua decoctionis earum ponantur in gradali vel concã et sedatur ibi vel immergatur de spõgia et exprimatur et supersedeatur . Sed primus modus et secundus efficacius operantur . Ad medicine vero que bullientur in aqua erunt iste scilicet duo manipuli foliorum lingue canis vel in defectu eius tantumdem maluarum vel bismalue et manipuluz vnum violarie et tantumdem petrocilli et lb semis frenugreti vel in defectu eius ponantur .iii. vncie melliloti et .ii. desticados citrino et omnia concassata ponantur in saccello lineo et bulliant in aqua dulci et fiat vt prius dictum est . Quandoque vero dolorem creant et propter excrescentiam quando scilicet in extremitate ipsarum exterius erunt quedam additamenta sicut si essent papille mamillarum que excrescentie in quibusdam sunt aspere et dure verrute et inde vocantur verrucales . In quibusdam vero sunt lenes et rotunde et turgentes ad modum vne et inde dicuntur vnales . In quibusdam vero sunt molles et granose ut mori et inde dicuntur morales / et quæ sudant humiditate sanguinolenta

ideo quidam ficus nominauerunt. Et omnes bñoi
excreſcentie affligunt ſedentem vel equitãtes ⁊ maxi
me verucalẽs propter ſuã duriciã ⁊ aſperitatẽ et p̃
bas grauius affligunt vuales q̃ morales quia p̃p
ter ſui tumorẽ vel tenſionem nõ cedunt cõpreſſioni
In his ergo excreſcentiis eſt ſciendũ q̃ parum pro
ſunt remedia ſupradicta preterq̃ in vualibus que
vt plurimũ generantur ex retẽtione ſanguinis cuius
euacuatio moderata prodeſſet ⁊ ideo poſſunt in eis
exerceri predicta. In verucalibus aut̃ prodeſt ad re
medium applicare mollitiua et lenitiua / vt vitellum
oui concuſſatum in eſtate cum oleo vtolato ⁊ in hye
me cum oleo amigdalorum butium et butiro recenti
⁊ omni tempore prodeſt adiungere predictis muſti
laginem maluarum aut fenugreci / ita vt in mixtura
predicta bombax vel pannus lineus immergatur et
ſupponatur. In moralibus aut̃ ad remedium plus
proſunt exſiccatiua ſine mordificatiõẽ ſicut puluis
factus ex foliis tapſi barbari vel plantaginis adu
ſtis vel ex radicibus canarũ aduſtis. Hic enim pul
uis incorporatus cum oleo roſato debet ſupponi cũ
panno vel debet ſuperſederi in ſpõgia. Predictis aut̃
puluerib⁹ poteſt adiungi quarta pars ceruſe ⁊ alia
quarta pars licargerii ⁊ cum oleo roſato fit unguen
tum conueniens in propoſito ad remedium. Sed in
omnibus predictis excreſcentiis eſt melius ad curã
intendere q̃ ad remedium / quoniã per remediũ non
prebet̃ niſi momẽtaneũ iuuamentũ ⁊ ideo p̃curandũ
eſt vt ille excreſcentie auferantur ad hoc vt equalis

maneat superficies regionis . Tamen in illis corpo-
 ribus in quibus expedit vt emorroyde sepe fluât ca-
 uendū est diligenter ne per modū auferendi solitus
 fluxus prohibeat / sicut accidit quādo exstirpantur
 cauterio vel incisione quia vt plurimū cōtingit tūc
 q̄ in sanatione cauterii vel incisionis claudunt ōni-
 no per consolidationez venaz . Sed conueniens aut
 securus modus est / vt auferant paulatim cum suau-
 bus corrosinis qualia sunt ea que sunt ō natura sa-
 lis / nā quasi pruriendo cōsumunt superfluitatē / ⁊ ci-
 to liquefcunt sicut fex aceti cōbusta / ⁊ sanguinem vi-
 tuli ⁊ sal gemma nitrum ⁊ mel ac vetus exungia por-
 ci ex quibus optimū conficitur vnguentuz sic scz vt
 fex aceti combusta ⁊ sanguinez vituli sal gēma ⁊ ni-
 trum / omnia simul vel aliqua ipoz accipiant equa-
 libus portionibus ⁊ puluerizent / deinde cū vna par-
 te mellis ⁊ duabus axungie liquefacte fortiter incor-
 porentur vt fiat sicut vnguentuz ⁊ in pāno superpo-
 natur ⁊ qualibet vice lauetur prius cū vino calido
 in quo modicum mellis dissoluat / poterit āt in esta-
 te modicū aceti cum predictis ex quibus vnguentuz
 fiet incorporari . Cum autem excrefcentie fuerint eli-
 mate ⁊ manserit superficies regionis equata sufficit
 in estate lauare cum vino decoctionis rosarum aut
 capsi barbati vel plantaginis . In hyeme cum vino
 decoctionis saluie cui parti post lotionem superas-
 pergetur puluis ex duabus partibus rosarum et
 vna ceruse factus . Possunt etiam conuenienter au-
 ferri si ligentur in radice sicca vel sericino filo

duz tamen ligatura non stringatur immoderate sed
quātum tollerari poterit absq; dolore graui. Si ve
ro accipiatur cortex laureole/et fiant ex eis fila/ ex
quibus predicte excrescētie ligentur et radicibus mo
derate strictura celeriter abscindentur. Tercio modo
affligunt propter inflammationem ipsarum in cir
cumstantis regionis ⁊ tunc sufficit ut sepe lauentur
cum aqua dulci tepida in qua prius bulliatur semē
cucurbite vel cucumeris concassatum aut portulaca
vel semperuua vel flores nenufaris vel suo tempo
re liniatur cum succo cucurbite semperuue aut ex al
bumine oui cum oleo violaceo fortiter agitatis. Vt
fiat unguentum ex cerusa lota et cera alba et oleo
violaceo et mustillagine psillii equaliter acceptatis
⁊ fortiter incorporatis. Et similiter poterit inūctio
fieri ex populeon si recens inueniatur. Et si predic
ta omnia deficerent tepesiat aqua simplex sicut si
stetisset ad solem/ ⁊ bombax vel pannus lineus mer
sus in ea frequenter applicetur regioni predicte.
Quarto etiam modo consueuerunt affligere speciali
ter in egerendo quando stercus emittendum est du
rum / quia tunc maxime si fuerint excrescentes coher
centur et comprimuntur ab eo in exitu ⁊ grauem ge
nerat cruciatum/ ⁊ ideo precauendum est ne feces in
durentur ciborum/ vtendo mollioribus ⁊ humectanti
bus iuxta doctrinam superiorem. Et si cetera non
habentur in promptu in principio prandii/ sumere
tur medulla cassia fistule vsq; ad quantitatem vni
us uncie vel circiter vel semis ad minus / in actu

vero affelandi potest obuiari afflictioni si mergan-
tur inferiora in aqua moderate quantitatis et maxi-
me si malue fuerint ibi cocte uel in oleo violato tepi-
do pannus lineus immersus ano suauiter quantum
poterit intromittatur.

Explicit regimen sanitatis compositum seu ordi-
natum a magistro Arnolde de villa noua Cathalo-
no omnium medicoꝝ ualentium Gemma.



1800


1800


TO THE HONORABLE THE SECRETARY OF THE
TREASURY DEPARTMENT
WASHINGTON

FOR THE PAYMENT OF THE
BOND OF THE
UNITED STATES

IN THE SUM OF
\$1000.00









120

DIPUTACIÓN PROVINCIAL
DE BARCELONA

BIBLIOTECA CENTRAL

Reg.º 261760

Sign.ª Esp. 5-8º

120

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001942911

A-I-1-23

R. 23

